A. lat. b. 1620. (2

J. M. Mettenleiter inv. et fec. 1805.

Urbem venalem, si emtorem invenerit.

K. K. Sallustius
sämtliche Werke

deutsch und Latein
ganz neu bearbeitet
von

Xaver Weinzierl
Lehrer
der griechischen und lateinischen
Litteratur
in
München

Zweyter Theil.

Bey Joseph Lentner.

Kranzmayr sculpt.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

Caii Crispi SALLUSTII

BELLUM IUGURTHINUM,

HISTORIARUM

FRAGMENTA,

ET

EPISTOLAE DUAE AD C. CAESAREM

DE

REPUBLICA ORDINANDA.

EDITIO NOVA.

MONACHII MDCCCV,

APUD IOSEPHUM LENTNER.

Typis Iosephi Züngl.

Kaius Krispus Sallustius

Iugurthinischer Krieg,

historische

Fragmente,

und

zwei Briefe an K. Cäsar

von der

Staatsverwaltung.

Neu übersetzte Ausgabe.

München 1805,

bei Ioseph Lentner.

Gedruckt von Ioseph Züngl.

BELLUM

IUGURTHINUM.

C. C. SALLUSTII

IUGURTHA.

SEU

BELLUM IUGURTHINUM.

1 Falso queritur de natura sua genus humanum, quod imbecilla atque aevi brevis forte potius, quam virtute regatur. Nam contra, reputando, neque majus aliud, neque praestabilius invenias, magisque naturae industriam hominum, quam vim aut tempus deesse. Sed dux atque imperator vitae mortalium animus est; qui ubi ad gloriam virtutis via grassatur, abunde pollens potensque et clarus est, neque fortunae eget: quippe probitatem, industriam, alias artis bonas neque dare neque eripere cuiquam potest.

Sin captus pravis cupidinibus ad inertiam et voluptatis corporis pessum datus est: perniciosa lubidine paullisper usus; ubi per secordiam vires, tempus, ingenium defluxere, naturae infirmitas accusatur; suam quisque culpam auctores ad negotia transferunt. Quodsi hominibus bonarum rerum tanta cura esset, quanto studio aliena ac nihil profutura, multumque etiam pe-

K. K. SALLUST'S

IUGURTHA,

ODER

IUGURTHINISCHER KRIEG.

Der Mensch klaget ungerecht, dass seine Natur, 1
schwach und hinfällig, mehr vom Ungefähr, als eigener Kraft beherrschet werde. Der Tiefforscher findet vielmehr nichts Grösseres und Erhabneres: und sieht, dass der Natur nicht Urkraft und Zeit, sondern Menschenthätigkeit fehle. Der Geist ist Führer und Gebiether des Lebens der Sterblichen: wenn dieser auf dem Tugendpfade nach Ruhm strebt, dann ist er stark, mächtig und erhaben genug; dann trotzet er dem Glücke, das Tugend, Fleiss, und andere schöne Vorzüge Niemanden geben, noch nehmen kann. Wenn er aber, ein Sklave niedriger Leidenschaft, der Trägheit und Wollust fröhnet, und der verderblichen Sinnlichkeit lange nachhängt: dann klaget man über Naturschwäche, während Kraft, Zeit und Genie durch Schlaffheit hinschwinden. So legt der Verbrecher seine Schuld stets auf Aussendinge. Sorgte der Mensch für die gute Sache so eifrig, als er fremden, unnützen und manchmal gefährlichen

riculosa petunt; neque regerentur magis, quam regerent casus, et eo magnitudinis procederent, ubi pro mortalibus gloria aeterni fierent.

2 Nam uti genus hominum compositum ex anima et corpore: ita res cunctae studiaque omnia nostra corporis alia, alia animi naturam sequuntur. Igitur praeclara facies, magnae divitiae, ad hoc vis corporis, alia hujuscemodi omnia brevi dilabuntur; at ingenii egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Postremo corporis et fortunae bonorum, ut initium, finis est: omnia orta occidunt et aucta senescunt; animus incorruptus, aeternus, rector humani generis, agit atque habet cuncta, neque ipse habetur.

Quo magis pravitas eorum admiranda est, qui, dediti corporis gaudiis, per luxum atque ignaviam aetatem agunt: ceterum ingenium, quo neque melius, neque amplius aliud in natura mortalium est, incultu atque secordia torpescere sinunt: quum praesertim tam multae variaeque sint artes animi, quibus summa claritudo paratur.

3 Verum ex his magistratus et imperia, postremo omnis cura rerum publicarum, minume mihi hac tempestate cupiunda videntur: quoniam neque virtuti honos datur: neque illi, quibus per fraudem jus fuit, tuti, aut eo magis honesti sunt.

Abenteuern nachjaget, so wäre er Herr, nicht Sklave des Glückes: und erklimmte eine Hohe, wo Ruhm den Sterblichen verewigte.

Wie der Mensch aus Körper und Seele besteht, 2
so tragen auch alle seine Handlungen, oder Begierden, das Gepräge des Körpers, oder der Seele. Ein schönes Gesicht, grosse Schätze, Körperstärke, und Vorzüge dieser Art schwinden bald dahin: aber edle Geisteswerke sind unsterblich, wie der Geist selbst. Körper- und Glücksgüter haben, wie ihren Anfang, so ihr Ende: was aufkeimt, muss verwelken; was wächst, muss eralten. Nur der Geist ist unversehrt, ewig; er beherrschet das Menschengeschlecht; wirket, umfasset Alles, und bleibt selbst unbefasset. Um so staunungswürdiger ist die Verkehrtheit der Thoren, die, von Körperlüsten berauscht, ihr Leben durch Schwelgsucht und Unthätigkeit entehren, und ihre Seele, die beste, herrlichste Gabe der Natur, die so viele verschiedene Vorzüge besitzet, um sich den höchsten Ruhm zu erwerben, ohne Pflege und Ausbildung verwildern lassen.

Doch scheinen mir in unsern Tagen Rathsstel- 3
len, Kriegswürden und andere Staatsposten am wenigsten wünschenswerth: denn das Verdienst erhält keine Ehrenstelle; und wer sie erschleicht, lebt unsicher und ehrlos. Das Vaterland und die

Nam vi quidem regere patriam, aut parentes, quamquam et possis, et delicta corrigas, tamen importunum est: quum praesertim omnes rerum mutationes caedem, fugam, aliaque hostilia portendant; frustra autem niti, neque aliud fatigando, nisi odium, quaerere, extremae dementiae est. nisi forte quem inhonesta et perniciosa lubido tenet, potentiae paucorum decus atque libertatem suam gratificari.

4 Ceterum ex aliis negotiis, quae ingenio exercentur, in primis magno usui est memoria rerum gestarum: cujus de virtute quia multi dixere, praetereundum puto; simul, ne per insolentiam quis existumet, memet, studium meum laudando, extollere. Atque ego credo fore, qui, quia decrevi procul a republica aetatem agere, tanto tamque utili labori meo nomen inertiae imponant: certe, quibus maxuma industria videtur, salutare plebem, et conviviis gratiam quaerere.

Qui si reputaverint, et quibus ego temporibus magistratus adeptus sum, et quales viri idem adsequi nequiverint, et postea quae genera hominum in senatum pervenerint; profecto ex-

Untergebenen gewaltthätig beherrſchen, iſt auch dann noch eine miſsliche Sache, wenn man Macht dazu beſitzet, und die Staatsgebrechen wirklich heilet; denn jede Umwälzung bedroht mit Mord, Aechtung und andern feindlichen Behandlungen. Umſonſt ſich anſtrengen, und durch Schweiſs nur Haſs erkaufen, verräth den äuſſerſten Unsinn: oder es müſste nur Jemand die entehrende, verderbliche Leidenſchaft blenden, daſs er ſeine Ehre und Freiheit der Macht der Oligarchen willig aufopfere.

Unter andern Geiſtesarbeiten zeichnet ſich die 4
Geſchichte durch ihren groſsen Nutzen vor allen aus. Ihren Werth prieſen ſchon Viele: ich kann ihn alſo übergehen. Auch ſolle man nicht glauben, daſs ich mein Fach aus Eitelkeit zu hoch rühme. Vielleicht belegen Manche, bei meinem Entſchluſſe, vom Staatsdienſte ferne zu leben, dieſe meine wichtige und nützliche Arbeit mit dem Namen: Gemächlichkeit. Freilich denken nur ſolche Leute ſo, die ihr ganzes Geſchäft darein ſetzen, daſs ſie vor dem Pöbel kriechen, und durch Gaſtereien ſich einen Anhang erbetteln. Möchten dieſe nachdenken, zu welcher Zeit ich Rathswürden erhielt; welche Männer ſie nicht erhalten konnten; dann, welch eine Menſchengattung ſich nachher in den Senat einſchlich: wahrlich! ſie müſsten ſich überzeugen, daſs ich

istumabunt, me magis merito, quam ignavia, judicium animi mutavisse, majusque commodum ex otio meo, quam ex aliorum negotiis reipublicae venturum. Nam saepe audivi, Q. Maxumum, P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere: „cum majorum imagines intuerentur, vehementissume sibi animum ad virtutem accendi.“ Scilicet non ceram illam, neque figuram tantam vim in sese habere; sed memoria rerum gestarum eam flammam egregiis viris in pectore crescere, neque prius sedari, quam virtus eorum famam atque gloriam adaequaverit. At contra, quis est omnium his moribus, quin divitiis et sumtibus, non probitate neque industria cum majoribus suis contendat? etiam homines novi, qui antea per virtutem soliti erant nobilitatem antevenire, furtim et per latrocinia potius, (quam bonis artibus) ad imperia et honores nituntur. proinde quasi praetura et consulatus, atque alia omnia hujuscemodi per se ipsa clara, magnifica sint; ac non perinde habeantur, ut eorum, qui sustinent, virtus est.

Verum ego liberius altiusque processi, dum me civitatis morum piget taedetque. nunc ad inceptum redeo.

5 Bellum scripturus sum, quod populus Romanus cum Jugurtha, rege Numidarum gessit: pri-

meinen Sinn aus edler Abſicht, und nicht aus Arbeitſcheue geändert habe: daſs meine philoſophiſche Ruhe dem Staate gröſsere Vortheile gewähre, als die Geſchäftigkeit mancher Miethlinge. Ich hörte oft, daſs Q. Maximus, P. Scipio, und die erſten Männer unſers Staats zu ſagen pflegten: „Ihr Herz würde bei dem Anblicke der Bildniſſe ihrer Väter hoch zur Tugend entflammet.“ Nicht das Wachs, nicht die Form des Bildes wirkte ſo mächtig; ſondern das Andenken edler Thaten fachte in der Bruſt dieſer herrlichen Männer die Flamme an, die nicht früher erloſch, bis ihr Verdienſt dem Namen und Ruhme ihrer Väter gleich kam. Alle wetteifern bei heutiger Denkart mit den Vätern durch Reichthum und Aufwand; aber wer durch Tugend und Arbeitliebe? Selbſt Leute ohne Ahnen, die einſt durch Verdienſt ſich Adel errangen, klimmen lieber durch Schleichwege und Ränke, als durch ſchöne Thaten zu Kriegswürden und Rathsſtellen empor; gerade, als wenn die Prätur, das Konſulat und andere Poſten eigenen Schimmer und Glanz beſäſsen, und nicht ihr Anſehen erſt von dem Verdienſte derer erhielten, die ſolch ein Amt begleiten. Doch der Aerger und Verdruſs über die heutigen Sitten führte mich zu weit auf Abwege. Ich kehre zu meinem Gegenſtande.

Ich will den Krieg beſchreiben, den das Rö- 5
mervolk mit Jugurtha, dem Numidenkönig, führte.

mum quia magnum et atrox, variaque victoria fuit; dein quia tum primum superbiae nobilitatis obviam itum est. quae contentio divina et humana cuncta permiscuit, eoque vecordiae processit, uti studiis civilibus bellum atque vastitas Italiae finem faceret. Sed priusquam hujuscemodi rei initium expedio, pauca supra repetam; quo ad cognoscendum omnia illustria magis, magisque in aperto sint.

Bello Punico secundo, quo dux Carthaginiensium Hannibal, post magnitudinem nominis Romani, Italiae opes maxime adtriverat; Masinissa rex Numidarum, in amicitiam receptus a P. Scipione, cui postea Africano cognomen ex virtute fuit, multa et praeclara rei militaris facinora fecerat: ob quae, victis Carthaginiensibus et capto Syphace, cujus in Africa magnum atque late imperium valuit, populus Romanus quascumque urbis et agros manu ceperat, regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissae bona atque honesta nobis permansit: imperii vitaeque ejus finis idem fuit. Dein Micipsa filius regnum solus obtinuit, Mastanabale et Gulussa fratribus morbo absumtis.

Is Adherbalem et Hiempsalem ex sese genuit; Jugurthamque, Mastanabalis fratris filium, quem

Er war wichtig und blutig; lange wechfelte der Sieg: dann kämpfte man itzt das erftemal dem Stolze des Adels entgegen. Diefe Fehde zerrüttete göttliche und menfchliche Rechte, und brach in folch eine Wuth aus, dafs nur Krieg und Italiens Verheerung dem Bürgerzwifte ein Ende machte. Doch mufs ich, ehe ich die Gefchichte beginne, einiger Thatfachen der Vorzeit erwähnen, um dem Lefer alles anfchaulicher und deutlicher darftellen zu können. Masiniffa, der Numidenkönig, ward von P. Scipio, dem fein Heldenmuth den Beinamen, der Afrikaner, fchuf, zum Römerbunde aufgenommen. Viel und grofs waren feine Heldenthaten im zweiten punifchen Kriege, wo der Karthager Feldherr, Hannibal, Italiens Macht, bei all der Gröfse des Römernamens, empfindlich gefchwächt hatte. Daher fchenkte ihm das Römervolk, nach der Niederlage der Karthager, und Gefangennehmung des Syphax, der in Afrika ein grofses und weites Reich beherrfchte, alle Städte und Ländereien, die er im Kriege erobert hatte. Masiniffa's Freundfchaft blieb für uns ftets vortheilhaft und ehrenvoll: doch fein Reich endete zugleich mit feinem Leben. Nach ihm erhielt fein Sohn Micipsa allein die Königswürde: denn feine Brüder, Maftanabal und Guluffa, hatte eine Krankheit hingeraffet. Er zeugte Adherbal und Hiempfal; doch liefs er Jugurtha, dem Sohne feines Bruders Maftanabal, welchen Masiniffa, als den

Masinissa, quod ortus ex concubina erat, privatum reliquerat, eodem cultu, quo liberos suos, domi habuit.

6 Qui ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, sed multo maxume ingenio validus, non se luxui, neque inertiae corrumpendum dedit; sed, uti mos gentis illius est, equitare, jaculari, cursu cum aequalibus certare: et quum omnis gloria anteiret, omnibus tamen carus esse: ad hoc pleraque tempora in venando agere, leonem atque alias feras primus, aut in primis ferire: plurimum facere, minimum ipse de se loqui.

Quibus rebus Micipsa tametsi initio laetus fuerat, existumans virtutem Jugurthae regno suo gloriae fore: tamen, postquam hominem adolescentem, exacta sua aetate, parvis liberis, magis magisque crescere intelligit, vehementer negotio permotus, multa cum animo suo volvebat.

Terrebat natura mortalium, avida imperii et praeceps ad explendam animi cupidinem: praeterea opportunitas suaeque et liberorum aetatis, quae etiam mediocris viros spe praedae transvorsos agit: ad hoc studia Numidarum in Jugurtham

Sproͤſsling einer Beiſchläferin, in den Privatſtand
zurückſetzte, wie ſeinen Prinzen im Palaſte glei-
che Erziehung geben.

Dieſer Prinz, voll Jugendkraft, ſchön gebil- 6
det, und noch mehr durch Talente geſchmückt,
zeigte sich, als er heranwuchs, über Schwelgſucht
und Unthätigkeit erhaben. Nach der Nationalsitte
reiten, Lanzen werfen, mit ſeinen Kameraden den
Streitlauf wagen, dieſes war ſeine Freude. Er
übertraf Alle an Ruhm; und ward doch von Allen
geliebt. Die meiſte Zeit verfloſs ihm auf der Jagd.
Löwen oder andere wilde Thiere ſtreckte er der
Erſte, oder unter den Erſten hin. Er that vieles;
und pralte wenig. Micipſa war anfangs über dieſe
ſchönen Eigenſchaften entzückt: er verſprach ſei-
nem Reiche von Jugurtha's Verdienſte einſt hohen
Ruhm. Als er aber den jungen Mann mehr und
mehr heranblühen ſah, und dann auf ſein betagtes
Alter und die Minderjährigkeit ſeiner Prinzen hin-
blickte, machte dieſer Gedanke tiefen Eindruck
auf ihn; und die Zukunft weckte in ſeinem Her-
zen manche Aussichten. Ihn ſchreckte die ſchwa-
che Natur der Menſchen, die ſtets nach Herrſchaft
durſtet, und dieſen Durſt zu ſtillen, unaufhaltſam
hinſtürmt: dann die günſtige Lage, die ſein und
ſeiner Kinder Alter eröffnete, die ſelbſt Männer
von mittelmäſsigen Gaben aus Beutegierde irre
führt: überdieſs die Liebe der Numiden, die Alle

accensa; ex quibus, si talem virum interfecisset, ne qua seditio, aut bellum oriretur, anxius erat.

7 His difficultatibus circumventus ubi videt, neque per vim, neque insidiis opprimi posse hominem tam acceptum popularibus, quod erat Jugurtha manu promtus et adpetens gloriae militaris, statuit eum objectare periculis, et eo modo fortunam tentare. Igitur, bello Numantino, Micipsa cum populo Romano equitum atque peditum auxilia mitteret, sperans vel ostentando virtutem, vel hostium saevitia facile occasurum, praefecit Numidis, quos in Hispaniam mittebat.

Sed ea res longe aliter, ac ratus erat, evenit. Nam Jugurtha, ut erat impigro atque acri ingenio, ubi naturam P. Scipionis, qui tum Romanis imperator, et morem hostium cognovit; multo labore multaque cura, praeterea modestissume parendo et saepe obviam eundo periculis, in tantam claritudinem brevi pervenerat, ut nostris vehementer carus, Numantinis maxumo terrori esset. Ac sane, quod difficillumum in primis est, et praelio strenuus erat, et bonus consilio: quorum alterum ex providentia timorem, alterum ex audacia temeritatem adferre plerumque solet. Igitur imperator omnis fere res asperas

für Jugurtha entflammet waren. Solch einen Mann durch Hinterlist zu meucheln, durfte er, ohne Furcht vor Aufruhr oder Krieg, nicht hoffen.

Als er bei so vielen Hindernissen sah, dass er 7
diesen Volksliebling weder durch Gewalt noch List wegräumen konnte, suchte er Jugurtha, der auf Heldenkraft pochte, und nach Kriegerruhm strebte, den Gefahren bloss zu stellen, und so das Glück zu benutzen. Micipsa erhob ihn also im Numantinerkriege, wo er dem Römervolke Reiterei und Fussvolk zu Hilfe schickte, zum Führer des Numidenheers, das nach Spanien zog: er hoffte, dass er durch die stolze Ungestüme seines Muthes, oder die Wuth der Feinde, sicher fallen würde. Doch die Sache fiel ganz gegen seine Absicht aus. Jugurtha studierte bei seinem rastlosen Scharfblicke den Charakter des damaligen Römerfeldherrn, P. Scipio, und die Sitte der Feinde: unermüdeter Fleiss und thätige Sorge, der strengste Gehorsam und Verachtung mancher Gefahr erwarben ihm bald solch einen Ruhm, dass er der Liebling unserer Krieger, und das Schrecken der Numantiner ward. Er besass hart zu vereinende Eigenschaften: Unerschrockenheit im Kriege, und Weisheit im Rathe: denn diese artet gewohnlich bei zu vieler Vorsicht in Furcht, und jene, bei zu vieler Kuhnheit, in Unbesonnenheit aus. Der Feldherr vertraute ihm daher jeden gefährlichen Versuch; er

per Jugurtham agere, in amicis habere; magis magisque in dies amplecti: quippe cujus neque consilium, neque inceptum ullum frustra erat. Huc accedebat munificentia animi et ingenii sollertia, quis rebus sibi multos ex Romanis familiari amicitia conjunxerat.

8 Ea tempestate in exercitu nostro fuere complures novi atque nobiles, quibus divitiae bono honestoque potiores erant, factiosi, domi potentes, apud socios clari magis, quam honesti: qui Jugurthae non mediocrem animum pollicitando accendebant, „si Micipsa rex occidisset, fore, „uti solus imperii Numidiae potiretur: in ipso „maxumam virtutem, Romae omnia venalia „esse.“

Sed postquam, Numantia deleta, P. Scipio dimittere auxilia, ipse revorti domum decrevit: donatum atque laudatum magnifice pro concione Jugurtham in praetorium abduxit: ibique secreto monuit, uti potius publice, quam privatim amicitiam populi R. coleret; neu quibus largiri insuesceret: periculose a paucis emi, quod multorum esset. si permanere vellet in suis artibus, ultro illi et gloriam et regnum venturum: sin

zählte Jugurtha unter seine Freunde, und gewann den Helden, dem weder Rath noch That misslang, jeden Tag lieber. Auch empfahlen ihn ein wohlthätiges Herz und Geistesgewandtheit: dadurch machte er sich viele Römer zu trauten Freunden.

Es fanden sich damals bei unserm Heere viele vom neuen und alten Adel, die Reichthum höher, als Tugend und Edelmuth schätzten. Diese Partheigänger vermochten zu Rom Vieles, und hatten bei den Verbündeten mehr Ansehen, als wahre Achtung. Sie waren es, die Jugurtha's emporstrebenden Geist durch Versprechen noch mehr entflammten. „Er würde nach des Königs Micipsa Tod allein herrschen. Er besässe das höchste Verdienst. Zu Rom stehe alles feil." Als Scipio nach Numantias Zerstörung die Hilfsvölker entliess, und selbst nach Italien zurückkehrte, beschenkte und lobte er Jugurtha öffentlich und mit Auszeichnung. Dann rief er ihn in sein Zelt, und gab ihm die geheime Ermahnung: „Er möchte lieber öffentlich, als durch Privatgunst um die Freundschaft des römischen Volkes werben, und sich nie an Bestechung einzelner Grossen gewöhnen. Das Eigenthum Vieler kaufe man von Wenigen mit Gefahr. Ruhm und Herrschaft würde ihm ohne Nebenwege beschieden, wenn er seiner Tugend stets treu

„properantius pergeret, suamet ipsum pecunia „praecipitem casurum.“

9 Sic loquutus, cum literis, quas Micipsae redderet, dimisit: earum sententia haec erat:

„Jugurthae tui bello Numantino longe maxuma virtus fuit: quam rem tibi certo scio „gaudio esse. nobis ob merita carus est: uti „idem senatui sit et populo Romano, summa „ope nitemur.

„Tibi quidem pro nostra amicitia gratulor: „en habes virum dignum te atque avo suo Masinissa.“

Igitur rex, ubi, quae fama acceperat, ex litteris imperatoris ita esse cognovit, cum virtute viri, tum gratia permotus, flexit animum suum, et Jugurtham beneficiis vincere adgressus est: statimque adoptavit, et testamento pariter cum filiis heredem instituit.

Sed ipse paucos post annos, morbo atque aetate confectus, quum sibi finem vitae adesse intellegeret, coram amicis et cognatis, item Adherbale et Hiempsale filiis, dicitur hujuscemodi verba cum Jugurtha habuisse.

bliebe: handelte er aber zu raſch, ſo würde er durch ſein eigenes Geld dem Sturze zueilen.“

Er entlieſs ihn mit dieſer Lehre, und folgen- 9
dem Briefe an Micipſa:

„Dein Jugurtha zeichnete ſich im Numantiner „Kriege durch ſeinen Heldenmuth vor Allen aus: „dieſe Nachricht iſt dir, ich zweiſle nicht, gewiſs „angenehm. Seine Verdienſte machten mir ihn „werth; und ich werde nicht ruhen, ihn auch „dem Senate und dem römiſchen Volke zu em„pfehlen. Ich wünſche dir, als meinem Freunde, „Glück. Du beſitzeſt da einen Mann, der deiner „und ſeines Ahnes Maſiniſſa würdig iſt.“

Als der König das Lob, das ihm ſchon der Ruf verkündet hatte, durch des Feldherrn Brief beſtätigt fand, rührte ihn die Tapferkeit, die allgemeine Liebe des Helden; er änderte ſeinen Sinn, und ſuchte nun Jugurtha durch Wohlthaten zu beſiegen. Er nahm ihn ſogleich zum Sohne auf, und ſetzte ihn im Vermächtniſſe, gleich ſeinen Prinzen, zum Erben ein. Wenige Jahre nachher fühlte er, durch Krankheit und Alter aufgezehrt, ſein nahes Lebensende. Da redete er vor ſeinen Freunden und Verwandten, vor ſeinen Prinzen Adherbal und Hiempſal, dem Jugurtha noch ſo an das Herz:

10 ,,Parvum ego, Jugurtha, te, amisso patre, ,,sine spe, sine opibus, in meum regnum ac- ,,cepi; existumans non minus me tibi, quam li- ,,beris, si genuissem, ob beneficia carum fore; ,,neque ea res falsum habuit. Nam ut alia magna ,,et egregia tua omittam, novissume rediens Nu- ,,mantia meque regnumque meum gloria honora- ,,visti: tua virtute nobis Romanos ex amicis ami- ,,cissumos fecisti: in Hispania nomen familiae ,,renovatum: postremo, quod difficillumum in- ,,ter mortalis, gloria invidiam vicisti.

,,Nunc, quoniam mihi natura vitae finem facit, ,,per hanc dextram, per regni fidem moneo ob- ,,testorque, uti hos, qui tibi genere propinqui, ,,beneficio meo fratres sunt, caros habeas: neu ,,malis alienos adjungere, quam sanguine con- ,,junctos retinere.

,,Non exercitus, neque thesauri praesidia ,,regni sunt, verum amici, quos neque armis ,,cogere, neque auro parare queas: officio et ,,fide pariuntur.

,,Quis autem amicior, quam frater fratri? ,,aut quem alienum fidum invenies, si tuis ho- ,,stis fueris? Equidem ego vobis regnum trado ,,firmum, si boni eritis; sin mali imbecillum.

„Jugurtha! du verlorſt deinen Vater früh; hat- 10
„teſt weder Hoffnung noch Schutz: doch ich nahm „dich, als Knaben, zum Miterben des Thrones an. „Ich hoffte, du würdeſt mich, als Wohlthäter, „ſo wie Kinder ihren Vater, lieben. Ich irrte „nicht. Ich übergehe deine andern, groſsen, „herrlichen Thaten! Mit welchem Ruhme haſt du „jüngſt bei deiner Rückkehr von Numantia mich „und mein Reich verherrlicht? Dein Heldenmuth „ſchuf uns die Römer aus Freunden zu Brüdern „um. Spanien ehrt auf das Neue den Namen un„ſerer Familie. Dein Ruhm, ein harter Sieg für „Sterbliche! bezwang ſelbſt den Neid. Die Natur „beſtimmt mir das Lebensende: ich beſchwöre „dich alſo; ich bitte dich bei dieſer Rechte, bei „der Treue gegen deinen König! laſs dir meine Kin„der, die durch ihre Geburt deine Verwandten, „durch meine Wohlthat deine Brüder sind, ſtets „theuer ſeyn: ferne ſei es, daſs du dich lieber „an Fremde, als an Blutsverwandte anſchlieſseſt. „Nicht Heere, nicht Schätze, ſondern Freunde „sind die Grundveſte eines Staates; aber Freunde „erzwingen nicht Waffen, erkaufen nicht Schätze; „nur Pflicht und Treue erwirbt sie. Giebt es eine „herzlichere Freundſchaft, als Bruderliebe? Wie „wirſt du einen Fremdling traut finden, wenn du „ein Feind der Deinigen biſt? Ich hinterlaſſe „euch, wenn ihr gut ſeid, ein mächtiges; im Ge„gentheile, ein ſchwaches Reich. Der kleinſte

„Nam concordia parvae res crescunt, discordia „maxumae dilabuntur. Ceterum ante hos te, Ju- „gurtha, qui aetate et sapientia priores, ne „aliter quid eveniat, providere decet. Nam in „omni certamine, qui opulentior est, etiam si „accipit injuriam, quia plus potest, facere vi- „detur.

„Vos autem, Adherbal et Hiempsal, colite, „observate talem hunc virum, imitamini virtu- „tem et nitimini, ne ego meliores liberos sum- „sisse videar, quam genuisse.“

XI Ad ea Jugurtha, tametsi regem ficta loquutum intellegebat, et ipse longe aliter animo agitabat: tamen pro tempore benigne respondit. Micipsa paucis diebus moritur. Postquam illi, more regio, justa magnifice fecerant, reguli in unum convenere, uti inter se de cunctis negotiis disceptarent.

Sed Hiempsal, qui minumus ex illis, natura ferox, etiam antea ignobilitatem Jugurthae (qui materno genere impar erat) despiciens, dextera Adherbalem adsedit: ne medius ex tribus, quod apud Numidas honori ducitur, Jugurtha foret. Dein tamen, uti aetati concederet, fatigatus a fratre, vix in partem alteram transductus est. Ibi quum multa de administran-

„Staat gewinnt durch Eintracht: Zwietracht zer-
„ſtört den gröſsten. Jugurtha! du gehſt dieſen an
„Alter und Weisheit vor; du muſst alſo mehr,
„als sie, beſorgt ſeyn, daſs nichts Widriges ge-
„ſchehe. Der Mächtigere ſcheint bei jeder Fehde,
„wenn er auch beleidigt wird, eben darum, weil
„er der Mächtigere iſt, ſelbſt der Beleidiger zu
„ſeyn. Aber ihr, Adherbal und Hiempſal! ver-
„ehret, achtet ſolch einen Mann hoch; eifert ſei-
„nem Verdienſte nach, und ſtrebet dahin, daſs
„Niemand ſagen könne: ich hätte beſſere Kinder
„angenommen, als gezeugt.“

Jugurtha antwortete für itzt ſehr gefällig, ob 11
er gleich die Heuchlerrede des Königs durch-
ſchaute, und er ſelbſt im Herzen ganz anders
dachte. Micipſa ſtirbt wenige Tage nachher. Die
Prinzen feierten ihm, nach Königssitte, das Lei-
chengepränge: dann traten sie zuſammen, über
alle Angelegenheiten unter einander Rath zu hal-
ten. Hiempſal, der Jüngſte von ihnen, hatte
einen trotzigen Charakter. Er verachtete Jugur-
tha's unedle Abkunft von Mutterſeite ſchon lange,
und ſetzte sich itzt Adherbaln zur Rechten, damit
nicht Jugurtha die Mitte, den ehrenvollſten Platz
bei den Numiden, einnehmen könnte. Sein Bruder
drang in ihn, für das Alter Ehrfurcht zu hegen,
und brachte ihn nur mit Mühe auf die linke Seite.
Während sie da Vieles über Reichsverwaltung

do imperio dissererent, Jugurtha inter alias res jacit: „oportere quinquennii consulta omnia et „decreta rescindi. nam per ea tempora confectum „annis Micipsam parum animo valuisse."

Tum „idem," Hiempsal, „placere sibi" respondit: „nam ipsum tribus his proxumis annis „adoptatione in regnum pervenisse."

Quod verbum in pectus Jugurthae altius, quam quisquam ratus, descendit. Itaque ex eo tempore ira et metu anxius moliri, parare, atque ea modo animo habere, quibus Hiempsal per dolum caperetur. Quae ubi tardius procedunt, neque lenitur animus ferox, statuit quovis modo inceptum perficere.

12 Primo conventu, quem ab regulis factum supra memoravi, propter dissensionem placuerat dividi thesauros, finisque imperii singulis constitui. Itaque tempus ad utramque rem decernitur, sed maturius ad pecuniam distribuendam.

Reguli interea in loca propinqua thesauris alius alio concessere. Sed Hiempsal in oppido Thirmida forte ejus domo utebatur, qui proxumus lictor Jugurthae, carus acceptusque semper fue-

ſprachen, lieſs Jugurtha auch die Worte fallen: „Man müſste alle Rathsſchlüſſe und Geſetze der „letzten fünf Jahre durchſtreichen: Micipſa wäre „bei ſeinem betagten Alter, von Jahren gebeugt, „dieſe Zeit ſchon ſehr am Verſtande geſchwächt „geweſen.“ Hiempſal antwortete: „er ſtimme „damit ein. Doch ſei Jugurtha ſelbſt erſt die letz„ten drei Jahre zum Sohne und Mitherrſcher er„klärt worden.“ Dieſe Rede machte auf Jugurtha's Herz tiefern Eindruck, als man geahnet hätte. Seit dem Augenblicke ängſtete ihn Zorn und Furcht. Er lauerte, wirkte und ſann nur auf die Gelegenheit, wie er Hiempſal in den Hinterhalt locken könnte. Als ſein Entwurf zu lange ſtockte, und doch ſein Groll nicht vertobte, beſchloſs er, das Unternehmen, wie immer, durchzuſetzen.

Die Prinzen verſielen bei der vorerwähnten 12
Zuſammenkunft aus Zwietracht darauf, daſs ſie die Schätze unter ſich vertheilen, und die Gränzen des Reiches für jeden beſtimmen wollten. Man ſetzte für beide Geſchäfte eine Zeit feſt: doch eine frühere für die Geldvertheilung. Die jungen Könige begaben ſich indeſs jeder an einen Ort hin, der dem Schatze nahe lag. Das Ohngefähr führte Hiempſaln in der Stadt Thirmida in das Haus des erſten Liktors, und trauten Günſtlings von Jugurtha. Jugurtha überhäuft dieſen Bedienten, den

rat. quem ille casu ministrum oblatum promissis onerat, uti tamquam suam visens domum eat, portarum clavis adulterinas paret: nam verae ad Hiempsalem referebantur. ceterum, ubi res postularet, se ipsum cum magna manu venturum.

Numida mandata brevi confecit: atque, ut doctus erat, noctu Jugurthae milites introducit.

Qui postquam in aedis irrupere, diversi regem quaerere: dormientis alios, alios occursantis interficere: scrutari loca abdita; clausa effringere: strepitu et tumultu omnia miscere: quum Hiempsal interim reperitur, occultans sese tugurio mulieris ancillae, quo initio pavidus et ignarus loci perfugerat.

Numidae caput ejus, ut jussi erant, ad Jugurtham referunt.

13 Ceterum fama tanti facinoris per omnem Africam brevi divulgatur; Adherbalem omnisque, qui sub imperio Micipsae fuerant, metus invadit. in duas partis discedunt: plures Adherbalem sequuntur, sed illum alterum bello meliores.

Igitur Jugurtha quam maxumas potest copias armat: urbis partim vi, alias voluntate imperio suo adjungit: omni Numidiae imperare parat.

ihm der Zufall darboth, mit Versprechen; zwingt ihn, nach Thirmida zu reisen, als wollte er dort sein Haus besichtigen, und beredet ihn, falsche Schlüssel zu bereiten; denn die ächten stellte man Hiempsaln zu. „Er würde dann selbst bei gelegener Zeit mit einer starken Mannschaft ankommen.“ Der Numide vollzieht den Befehl bald, und läſst, gemäſs dem Auftrage, Jugurtha's Krieger bei Nacht ein. So bald sie in das Haus eingedrungen waren, suchten sie den König von verschiedenen Seiten auf; mordeten einige im Schlafe; andere im Gedränge: spähten jeden Winkel durch; sprengten alle Schlösser auf; und brachten durch Lärm und Getümmel das ganze Haus in Unruhe. Endlich fanden sie Hiempsal im Gemache einer Sklavin verborgen, wo sich der schüchterne, des Ortes unkundige Prinz anfangs hingeflüchtet hatte. Die Numiden brachten, gemäſs dem Befehle, sein Haupt zum Jugurtha.

Der Ruf dieser Greulthat verbreitete sich bald 13
durch ganz Afrika. Schrecken ergriff Adherbal und alle Unterthanen Micipsa's. Sie trennten sich in zwei Partheien. Der gröſste Theil hieng dem Adherbal; aber der tapferste dem Iugurtha an. Dieser bewaffnet sogleich zahlreiche Truppen, zwingt Städte, theils durch Gewalt, theils freiwillige Uebergabe unter sein Geboth, und strebt nach der Herrschaft über ganz Numidien. Adherbal hatte

Adherbal, tametsi Romam legatos miserat, qui Senatum docerent de caede fratris et fortunis suis; tamen fretus multitudine militum, parabat armis contendere. Sed ubi res ad certamen venit, victus ex praelio profugit in provinciam, ac deinde Romam contendit.

Tum Jugurtha, patratis consiliis, in otio facinus suum cum animo reputans, timere populum Romanum, neque advorsus iram ejus usquam, nisi in avaritia nobilitatis et pecunia sua, spem habere.

Itaque paucis diebus cum auro et argento multo Romam legatos mittit, quis praecepit, uti primum veteres amicos muneribus expleant: deinde novos adquirant: postremo quaecumque possint largiundo parare, ne cunctentur.

Sed ubi Romam legati venere, et, ex praecepto Regis, hospitibus aliisque, quorum ea tempestate in senatu auctoritas pollebat, magna munera misere; tanta commutatio incessit, uti ex maxuma invidia in gratiam et favorem nobilitatis Jugurtha veniret. quorum pars spe, alii praemio inducti, singulos ex Senatu ambiundo, nitebantur, ne gravius in eum consuleretur. Igitur, legati ubi satis confidunt, die consti-

zwar Gesandte nach Rom geschickt, um dem Senate den Mord seines Bruders, und seine missliche Lage zu hinterbringen: doch baute er auf sein zahlreiches Heer, und rüstete sich zum Gegenkampfe. Aber als man sich schlug, flüchtete er besiegt aus dem Treffen in unsere Provinz, und eilte von da nach Rom.

Jugurtha ward nach ausgeführtem Mordplane Herr von ganz Numidien. Itzt überdachte er erst in ruhiger Stille seine That; fürchtete sich vor dem Römervolke, und sah gegen dessen Zorn kein anderes Mittel, als den Geitz des Adels, und sein Geld. Er schickte daher nach wenigen Tagen, mit einer Last Goldes und Silbers, Gesandte nach Rom, und befahl ihnen, zuerst ihre alten Freunde mit Geld zu blenden: dann neue zu werben, und jeden sogleich durch Bestechung zu gewinnen. Die Gesandten kamen nach Rom, und schickten, auf den Befehl ihres Königes, den Gastfreunden und andern Senatoren, die itzt einen grossen Einfluss hatten, reiche Geschenke. Nun änderte sich die Lage so sehr, dass der äusserst verhasste Jugurtha plötzlich der Liebling und Günstling des Adels ward. Einige verführte Hoffnung; andere schon erhaltene Geschenke, dass sie den einzelnen Senatoren die Runde machten, und in sie drangen, gegen Jugurtha ja nicht zu strenge zu urtheilen. Als sich die Legaten sicher genug glaubten, lud man

tuto Senatus utrisque datur. Tum Adherbalem hoc modo loquutum accepimus.

14 „Patres conscripti. Micipsa pater meus mo-„riens praecepit, uti regnum Numidiae tantum-„modo procuratione existumarem meum; ceterum „jus et imperium penes vos esse: simul eniterer, „domi militiaeque quam maxumo usui esse populo „Romano. vos mihi cognatorum, vos in adfinium „locum ducerem: si ea fecissem, in vestra ami-„citia exercitum, divitias, munimenta regni ha-„bere. Quae quum praecepta parentis mei agi-„tarem; Jugurtha, homo omnium, quos terra „sustinet, sceleratissumus, contemto imperio „vestro, Masinissae me nepotem, et jam ab „stirpe socium et amicum populo Romano regno „fortunisque omnibus expulit.

„Atque ego, patres conscripti, quoniam eo „miseriarum venturus eram, vellem, potius ob „mea, quam ob majorum beneficia posse auxi-„lium petere; ac maxume deberi mihi a populo „Romano, quibus non egerem; secundûm ea, „si desideranda erant, uti debitis, uterer.

„Sed quoniam parum tuta per se ipsa probi-„tas, neque mihi in manu fuit, Jugurtha qualis „foret: ad vos confugi, Patres conscripti, qui-

beide Partheien an einem beſtimmten Tage vor den Senat. Adherbal ſoll da ſo geredet haben:

„Micipſa, mein Vater, gab mir, verſammelte 14
„Väter, ſterbend den Auftrag: ich ſollte mich
„nur als Verwalter Numidiens anſehen; euch aber
„Obergewalt und Herrſchaft überlaſſen: ich ſollte
„mich im Frieden und Kriege ganz zum Beſten des
„Römervolkes hingeben, und euch als meine Nach-
„barn, als meine redlichſten Freunde verehren.
„So würde ich in eurer Freundſchaft Kriegsheere,
„Reichthümer, und die Grundveſte meines Reiches
„finden. Ich blieb dem Auftrage meines Vaters
„getreu: doch Jugurtha, der Verruchteſte aller
„Verbrecher, welche die Erde trägt, verhöhnte
„eure Macht, und vertrieb mich, Maſiniſſa's En-
„kel; mich, der ſchon von ſeinem Stamme aus der
„Verbündete und Freund des römiſchen Volkes iſt,
„aus meinem Reiche und allen meinen Gütern.
„Wie ſehr wünſchte ich, verſammelte Väter! bei
„der Tiefe meines Elends, mehr durch eigene Ver-
„dienſte, als durch die Wohlthaten meiner Väter
„bei euch um Hilfe anſuchen zu können; möchte
„ich die Wohlthaten des römiſchen Volkes verdie-
„nen, ohne ihrer zu bedürfen; ſondern ſie nur im
„Nothfalle, als ein Unterpfand, benutzen können.
„Weil Tugend in ſich ſelbſt wenig Sicherheit fin-
„det; weil ich zu unmächtig bin, Jugurtha's Cha-
„rakter zu ändern, ſo flüchtete ich zu euch, ver-

„bus, quod miserrumum, cogor prius oneri, „quam usui esse.

„Ceteri reges, aut bello victi in amicitiam „a vobis recepti, aut in suis dubiis rebus socie„tatem vestram adpetiverunt. familia nostra cum „populo R. bello Carthaginiensi amicitiam insti„tuit: quo tempore magis fides ejus, quam for„tuna petenda erat.

„Quorum progeniem vos, patres conscripti, „nolite pati frustra a vobis auxilium petere. Si „ad impetrandum nihil caussae haberem, praeter „miserandam fortunam; quod paullo ante Rex, „genere, fama atque copiis potens, nunc de„formatus aerumnis, inops, alienas opes ex„pecto: tamen erat majestatis Romani populi, „prohibere injuriam, neque cujusquam regnum „per scelus cresceret.

„Verum ego his finibus ejectus sum, quos „majoribus meis populus Romanus dedit: unde „pater et avus una vobiscum expulere Syphacem „et Carthaginienses.

„Vestra beneficia erepta sunt, patres con„scripti; vos in mea injuria despecti estis.

„ſammelte Väter! und ich muſs euch (die trau„rigſte Lage für mich) eher zur Laſt fallen, als „ich euch nutzen kann.

„Ihr nahmet andere Könige, als besiegte „Feinde, in eure Freundſchaft auf; oder sie ſuch„ten ſelbſt in ihrer miſslichen Lage euer Bündniſs. „Mein Geſchlecht ſtiftete in dem Karthagerkriege „mit dem Römervolke Freundſchaft; zu einer „Zeit, wo man mehr auf ſeine Treue, als ſein „Glück rechnen konnte. Gebet es nicht zu, ver„ſammelte Väter! daſs ich, der Sproſſe dieſes „Hauſes, bei euch vergebens um Hilfe anſuche. „Hätte ich auch keinen andern Grund sie zu er„halten, ſo müſste euch mein jammernswürdiges „Elend rühren. Ich war erſt ein König, mächtig „durch mein Geblüt, durch meinen Ruhm, meine „Heere: itzt bettle ich, von Drangſalen gebeugt, „und arm, um fremden Schutz. Schon deſswegen „muſs die Majeſtät des Römervolkes die Schmach „abwehren; muſs es nicht dulden, daſs jemand „ſein Reich durch Verbrechen vergröſsere. Dann „ward ich aus den Staaten hinausgeworfen, die „das römiſche Volk meinen Voräitern ſchenkte; „aus denen mein Vater und Ahn mit euch den „Syphax und die Karthager vertrieben. Man ent„riſs mir eure Wohlthaten, verſammelte Väter! „bei meiner Erniedrigung verhöhnet man auch „euch.

„Eheu me miserum! Huccine, Micipsa pa-
„ter, beneficia evasere, uti quem tu parem cum
„liberis, regnique participem fecisti, is potis-
„sumum stirpis tuae exstinctor sit?

„Numquamne ergo familia nostra quieta erit?
„semperne in sanguine, ferro, fuga versabimur?

„Dum Carthaginienses incolumes fuere, jure
„omnia saeva patiebamur: hostes ab latere, vos
„amici procul, spes omnis in armis erat.

„Postquam illa pestis ejecta, laeti pacem
„agitabamus: quippe quis hostis nullus, nisi
„forte quem jussissetis.

„Ecce autem ex improviso Jugurtha, intole-
„randa audacia, scelere atque superbia sese ef-
„ferens, fratre meo, atque eodem propinquo
„suo interfecto, primum regnum ejus sceleris sui
„praedam fecit: post, uti me isdem dolis nequit
„capere, nihil minus, quam vim, aut bellum
„exspectantem, in imperio vestro, sicuti vide-
„tis, extorrem patria, domo, inopem et coo-
„pertum miseriis effecit, ut ubivis tutius, quam
„in meo regno essem.

„O ich Unglücklicher! ſolch ein Ende nahmen „alſo deine Wohlthaten, Vater Micipſa! der, den „du deinen Söhnen gleich, den du zum Miter„ben des Thrones machteſt, der iſt nun vorzüg„lich der Vertilger deines Stammes! Wird alſo „unſere Familie nimmer Ruhe genieſsen? treibt „uns ewig Blutvergieſsen, Krieg und Flucht um„her? So lange Karthago noch aufrecht ſtand, „duldeten wir mit Recht jedes Ungemach. Der „Feind ſtand uns im Rücken; ihr waret ferne; und „unſere ganze Hoffnung beruhte auf dem Schwerte. „Aber nachdem dieſes Ungeheuer aus Afrika ver„jagt war, genoſſen wir des lieblichen Friedens: „denn wir hatten keinen Feind mehr, als gegen „den uns ihr auffodern würdet. Doch ſehet: „plötzlich erhebt ſich Jugurtha; er pocht auf „ſeine verruchte Kühnheit, ſein Verbrechen, ſei„nen Stolz; würgt meinen Bruder, würgt ſeinen „Blutsverwandten, und reiſst zuerſt das Reich des „Ermordeten, als die Beute ſeiner Greulthat, an „sich. Weil er mich nicht in gleichen Hinterhalt „locken konnte, jagte er mich, der in eurem Rei„che nichts weniger als Gewalt und Krieg fürch„tete, arm, und mit namloſen Jammer niederge„beugt, wie ihr ſehet, aus meinem Vaterlande „und Palaſte; und brachte es dahin, daſs ich „überall sicherer leben könnte, als in meinem „Reiche.

„Ego sic existumabam, Patres conscripti, „ut praedicantem audiveram patrem meum; qui „vestram amicitiam colerent, eos multum labo„rem suscipere: ceterum ex omnibus maxume „tutos esse.

„Quod in familia nostra fuit, praestitit, „uti in omnibus bellis vobis adessent. nos „uti per otium tuti simus, in manu vestra „est, Patres conscripti. Pater nos duos fratres „reliquit: tertium, Jugurtham, beneficiis suis „ratus nobis conjunctum fore. alter eorum neca„tus, alter ipse ego manus impias vix effugi.

„Quid agam? quo potissimum infelix acce„dam? generis praesidia omnia exstincta sunt: „pater, uti necesse erat, naturae concessit; „fratri, quem minume decuit, propinquus, per „scelus, vitam eripuit; adfines, amicos, pro„pinquos ceteros, alium alia clades oppressit: „capti ab Jugurtha, pars in crucem acti, pars „bestiis objecti; pauci, quibus relicta anima, „clausi in tenebris, cum moerore et luctu, morte „graviorem vitam exigunt.

„Si omnia, quae aut amisi, aut ex neces„sariis advorsa facta sunt, incolumia manerent, „tamen, si quid ex improviso accidisset, vos „implorarem, Patres conscripti; quibus, pro

„Ich glaubte, verſammelte Väter! ſtets den „theuren Worten meines Vaters, daſs diejenigen, „die eure Freundſchaft redlich ehrten, zwar viele „Abenteuer beſtehen müſsten, aber dann sicherer, „als Alle lebten. Unſere Familie ſtand euch nach „Vermögen in allen Kriegen bei. Nun ruht es in „euren Händen, verſammelte Väter! ob auch wir „im Frieden sicher leben können. Der Vater lieſs „uns zwei Brüder zurück; den dritten, Jugurtha, „hoffte er durch Wohlthaten zu verbrüdern: „allein der Eine von ihnen ward ermordet; und „ich, der andere, entrann nur mit Mühe den Mör„derhänden. Was ſolle ich thun? zu wem ſolle „ich mich wenden? Jede Schutzwehre meines „Geſchlechtes iſt dahin. Der Vater unterlag dem „Zwange der Natur: dem Bruder raubte ein Ver„wandter, der es am wenigſten thun ſollte, durch „eine unerhörte That das Leben. Meine übrigen „Vertrauten, Freunde und Verwandte giengen „durch andere Unfälle zu Grunde. Sie fielen in „Jugurtha's Hände, der sie an das Kreutz ſchla„gen, oder den Thieren vorwerfen lieſs. Nur We„nigen ward das Leben gegönnet: und dieſe ver„ſeufzen, im Kerker eingeſchloſſen, ihr Leben, „das bitterer als der Tod iſt, in Trauer und Jam„mer. Wäre mir auch Alles, was ich verlor, „unbeſchädigt geblieben; wären meine Freunde „nicht meine Feinde geworden: ſo würde ich „doch, bei einem ſo unvermutheten Schlage, bei

„magnitudine imperii, jus et injurias omnis cu-„rae esse decet.

„Nunc vero exul patria, domo, solus et „omnium honestarum rerum egens, quo accedam, „aut quos adpellem? nationesne, an reges, qui „omnes familiae nostrae ob vestram amicitiam in-„festi sunt? an quoquam adire licet, ubi non „majorum meorum hostilia monumenta plurima? „aut quisquam nostri misereri potest, qui ali-„quando vobis hostis fuit?

„Postremo Masinissa nos ita instituit, Patres „conscripti, ne quem coleremus, nisi populum „Romanum, ne societates, ne foedera nova ac-„ciperemus: abunde magna praesidia nobis in „vestra amicitia fore: si huic imperio fortuna „mutaretur, una nobis occidendum esse.

„Virtute ac dis volentibus magni estis et „opulenti; omnia secunda et obedientia sunt; „quo facilius sociorum injurias curare licet. Tan-„tum illud vereor, ne quos privata amicitia Ju-„gurthae, parum cognita, transvorsos agat: quos „ego audio maxuma ope niti, ambire, fatigare

„euch, verſammelte Väter! um Hilfe gefleht ha-
„ben; denn ihr müſſet bei der Hoheit eures Rei-
„ches allzeit über Recht und Unrecht walten.
„Aber zu wem ſolle ich, den man aus dem Vater-
„lande und Palaſt verbannte; der einſam und je-
„des ſchönen Gutes beraubt, umher irret, zu
„wem ſolle ich hinflüchten? wen um Hilfe an-
„ſprechen? Vielleicht Nationen und Könige? Doch
„alle dieſe haſſen uns als eure Verbündete. Oder
„kann ich irgendwo hingehen, wo nicht die feind-
„lichen Denkmäler meiner Väter in Menge errich-
„tet sind? Wer kann für mich Mitleid fühlen,
„der jemals euer Feind war?

„Unſer Vater prägte uns tief ein, daſs wir
„Niemanden, als dem römiſchen Volke fröhnen;
„nie eine neue Freundſchaft, einen neuen Bund
„annehmen ſollten: eure Freundſchaft gewährte
„uns mächtigen Schutz genug. Solle sich aber
„je das Glück dieſes Reiches ändern, ſo müſsten
„wir zugleich mit euch fallen. Doch durch Tu-
„gend und Götterhuld ſeid ihr groſs und mächtig:
„Alles glückt, Alles gehorcht euch, damit ihr die
„Schmach eurer Verbündeten um ſo leichter rä-
„chen könnet. Nur dieſs allein befürchte ich, daſs
„nicht perſönliche, zu wenig geprüfte Freund-
„ſchaft für Jugurtha Manchen irre leite. Ich
„höre, daſs ſolche Menſchen alles aufbiethen,
„überall umhergehen, und Jeden von euch zu-

„vos singulos, ne quid de absente, incognita „caussa, statuatis: fingere me verba, fugam „simulare, cui licuerit in regno manere.

„Quod utinam illum, cujus impio facinore in „has miserias projectus sum, eadem haec simu„lantem videam: et aliquando aut apud vos, „aut apud Deos immortalis rerum humanarum „cura oriatur: ne ille, qui nunc sceleribus suis „ferox atque praeclarus est, omnibus malis ex„cruciatus, impietatis in parentem nostrum, fra„tris mei necis, mearumque miseriarum gravis „poenas reddet.

„Jam jam frater, animo meo carissume, „quamquam immaturo, et unde minume decuit, „vita erepta est: tamen laetandum magis, quam „dolendum puto casum tuum. non enim regnum, „sed fugam, exsilium, egestatem et omnis has, „quae me premunt, aerumnas cum anima simul „amisisti.

„At ego infelix, in tanta mala praecipitatus „ex patrio regno, rerum humanarum spectacu„lum praebeo: incertus quid agam, tuasne in„jurias persequar, ipse auxilii egens; an regno „consulam, cujus vitae necisque potestas ex opi„bus alienis pendet. Utinam emori fortunis meis

„ſetzen, damit ihr ja nicht in ſeiner Abweſen„heit, ohne die Sache unterſucht zu haben, etwas „gegen ihn beſchlieſset. Ich erſänne nur Lügen; „heuchelte nur Flucht; denn es ſei mir gegönnet „geweſen, im Reiche zu bleiben. Möchte ich „doch den Verbrecher, deſſen Verruchtheit mich „in dieſes Elend ſtürzte, eben ſo heucheln ſehen! „möchte einſt bei euch, oder den unſterblichen Göt„tern, Sorge für Menſchenglück erwachen, daſs er, „der itzt auf ſeine Laſter ſo trotzig und ſtolz iſt, „von jeder Quaal gefoltert, für den Undank gegen „meinen Vater, für den Mord meines Bruders, für „all mein Elend bitter büſsen müſſe.

„O Bruder! meinem Herzen ſo theuer! du ver„lorſt zwar früh dein Leben, und zwar durch den, „der dir's am wenigſten rauben ſollte: und doch! „doch ſcheint mir dein Fall mehr ein Gegenſtand „der Freude, als des Jammers! du verloreſt mit „dem Leben nicht den Thron, ſondern entgiengeſt „nur der Flucht, Aechtung, Armuth, und all „dem Kummer, der mich niederdrückt. Aber ich „Unglücklicher! der vom Vaterthrone in ſo tiefes „Elend ſank, ich bin der Menſchheit zum Schau„ſpiele aufgeſtellt. Was nun thun? räche ich „deine Schmach? ich, der ſelbſt der Hilfe be„darf: ſorge ich für mein Reich? ich, deſſen Le„ben oder Tod ſelbſt von fremder Macht abhängt. „Möchte ein ehrenvoller Tod meine Leiden enden,

„honestus exitus esset, neu vivere contemtus vi-
„derer, si defessus malis injuriae concessissem.

„Nunc neque vivere lubet, neque mori licet „sine dedecore. Patres conscripti, per vos libe„ros atque parentes, per majestatem populi R. „subvenite misero mihi: ite obviam injuriae; „nolite pati, regnum Numidiae, quod vestrum „est, per scelus et sanguinem familiae nostrae „tabescere.“

15 Postquam Rex finem loquendi fecit, legati Jugurthae largitione magis, quam caussa freti, paucis respondent:

„Hiempsalem ob saevitiam suam ab Numi„dis interfectum: Adherbalem ultro bellum in„ferentem, postquam superatus sit, queri, quod „injuriam facere nequivisset. Jugurtham ab Se„natu petere, ne alium putarent, ac Numan„tiae cognitus esset, neu verba inimici ante „facta sua ponerent.

Deinde utrique curia egrediuntur. Senatus statim consulitur: fautores legatorum, praeterea magna pars gratia depravati Adherbalis dicta contemnere, Jugurthae virtutem extollere laudibus; gratia, voce, denique omnibus modis pro alieno

„daſs ich Niemanden verachtungswürdig ſcheine, „wenn ich, durch das Unglück entkräftet, der „Schmach unterliege. In dieſer Lage, wo mir das „Leben verhaſst, und der Tod für mich entehrend „iſt, beſchwöre ich euch, verſammelte Väter! bei „eurem eigenen Glücke, bei euren Kindern und „Aeltern; bei der Majeſtät des römiſchen Vol„kes, eilet mir Armen zu Hilfe; kämpfet der un„gerechten Beleidigung entgegen, und leidet es „nie, daſs Numidien, euer Reich, durch Greuel, „und das Blut unſerer Familie befleckt werde."

Die Geſandten Jugurtha's, die mehr auf ihr 15
Geld, als die gerechte Sache bauten, antworteten auf die Rede des Königs nur Weniges: „Hiempſal „ſei wegen ſeiner Grauſamkeit von den Numiden „ermordet worden. Adherbal habe ungereitzet „den Krieg angefangen: nun klage er nach ſeiner „Niederlage, daſs er nicht ſchaden konnte. Ju„gurtha fodere, der Senat möchte ihn noch für „den Mann halten, als den er ihn bei Numantia „kennen lernte; und den Worten ſeines Feindes „nicht mehr, als ſeinen Thaten glauben." Nun treten beide Partheien aus der Kurie. Man ſammelt ſogleich die Stimmen der Senatoren. Die Gönner der Geſandten, dann Viele, die Partheigeiſt beſtach, ſpotteten der Rede Adherbals; hoben Jugurtha's Verdienſte himmelan, und kämpften durch Anſehen, Beredſamkeit, und alle Kniffe, für

scelere et flagitio, sua quasi pro gloria, nitebantur. At contra pauci, quibus bonum et aequum divitiis carius, subveniundnm Adherbali, et Hiempsalis mortem severe vindicandam censebant. Sed ex omnibus maxume Aemilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factiosus, avidus potentiae, honoris, divitiarum; ceterum vitia sua callide occultans. Is postquam videt Regis largitionem famosam impudentemque, veritus, quod in tali re solet, ne polluta licentia invidiam accenderet, animum a consueta lubidine continuit.

16 Vicit tamen in Senatu pars illa, qui vero pretium aut gratiam anteferebant. Decretum fit, „uti decem legati regnum, quod Micipsa obti„nuerat, inter Jugurtham et Adherbalem divi„derent." cujus legationis princeps fuit L. Opimius, homo clarus, et tum in Senatu potens: quia consul, C. Graccho et M. Fulvio Flacco interfectis, acerrume victoriam nobilitatis in plebem exercuerat.

Eum Jugurtha tametsi Romae inimicum habuerat, tamen adcuratissime recepit: dando et pollicitando perfecit, uti famae, fidei, postremo omnibus suis rebus commodum Regis anteferret. Reliquos legatos eadem via adgressus, plerosque

fremde Verbrechen und Schandthaten, wie für ihre eigene Ehre. Nur Wenige achteten Tugend und Gerechtigkeit noch höher, als Reichthümer, und ſtimmten dahin: „man müſste Adherbaln zu Hilfe kommen, und Hiempſals Mord ſtrenge rächen.“ Vor allen eiferte Aemilius Skaurus, ein Edling, der thatenſtrebend Partheien ſuchte; nach Macht, Ehre und Reichthum geitzte; aber ſeine böſe Seite ſchlau einhüllte. Bei dem Anblicke der auffallenden, ausgeſchämten Beſtechung des Königs fürchtete er den gewöhnlichen Fall, er möchte durch dieſe entehrende Zügellosigkeit Haſs erregen, und ſo dämpfte er ſeine Leidenſchaft.

Doch siegte im Senate jene Parthei, die Geld und Gunſt hoher als Wahrheit ſchätzte, und man beſchloſs: „Zehen Geſandte ſollen das ehemalige „Reich Micipſa's unter Jugurtha und Adherbal „vertheilen.“ Das Haupt dieſer Geſandtſchaft war L. Opimius, ein berühmter, und itzt im Senate viel vermögender Mann, weil er, als Konſul, nach der Ermordung des C. Gracchus und M. Fulvius Flakkus, den Sieg des Adels das Volk grauſam empfinden lieſs. Jugurtha kannte ihn zwar ſchon in Rom als ſeinen Feind; doch nahm er ihn mit ausgezeichneter Achtung auf, und brachte ihn durch Verſprechen und Geſchenke dahin, daſs er dem Vortheile des Königs Ehre, Treue und alle ſeine Pflichten opferte. Er legte den übrigen Ge- 16

capit: paucis carior fides, quam pecunia fuit. In divisione, quae pars Numidiae Mauretaniam adtingit, agro, viris opulentior, Jugurthae traditur: illam alteram specie, quam usu, potiorem, quae portuosior et aedificiis magis exornata erat, Adherbal possedit.

17 Res postulare videtur Africae situm paucis exponere, et eas gentis, quibuscum nobis bellum, aut amicitia fuit, adtingere. Sed quae loca et nationes ob calorem, aut asperitatem, item solitudines minus frequentata sunt, de is haud facile compertum narraverim: cetera quam paucissumis absolvam.

In divisione orbis terrae plerique in parte tertia Africam posuere: pauci tantummodo Asiam et Europam esse; sed Africam in Europa. Ea finis habet ab Occidente fretum nostri maris et Oceani: ab ortu solis declivem latitudinem: quem locum Catabathmon incolae adpellant. Mare saevum, importuosum; ager frugum fertilis, bonus pecori, arbori infecundus: coelo, terra penuria aquarum.

Genus hominum salubri corpore, velox, patiens laborum: plerosque senectus dissolvit, nisi qui ferro aut bestiis interiere: nam morbus haud

ſandten die nämliche Schlinge, und fieng die meiſten: nur wenigen war Pflicht theurer, als Geld. So ward das fruchtbare, bevölkerte Land Numidiens, gegen Mauritanien zu, bei der Theilung, dem Jugurtha zugeſprochen; den andern Theil, der mehr Auſsenſeite als innere Güte hatte, und mit Häfen und Paläſten prangte, erhielt Adherbal.

Der Stoff fodert mich auf, Afrika's Lage kurz 17
zu ſchildern, und die Völker zu nennen, mit welchen wir Kriege führten, oder Freundſchaft pflegten. Von Gegenden und Nationen, welche Hitze, rauhe Gebirge und Wüſteneien unwirthlich machen, kann ich nicht leicht was Beſtimmtes ſagen. Von dem übrigen Lande entwerfe ich nur eine Skizze. Die meiſten Geographen ſetzen bei der Erdbeſchreibung Afrika als den dritten Theil. Wenige nur theilen die Erde in Aſien und Europa, und dieſe rechnen dann Afrika zu Europa. Gegen Weſten gränzt es an unſere Meerenge, und den Ozean: gegen Oſten an eine weite, niederſinkende Ebene, die daher die Einwohner καταβαθμος, Niederſteig, nennen. Das Meer iſt ſtürmiſch ohne Baien. Das Land fruchtbar, reich an Viehweiden, aber ungünſtig für Baumzucht. Waſſer giebt Himmel und Erde nur karg. Die Menſchenart iſt geſunden Körpers, raſch und arbeitſam. Die Meiſten, die das Schwert und Unthiere verſchonen, zehret das hohe Alter auf: ſelten reibt Jemanden

saepe quemquam superat. Ad hoc malefici generis plurima animalia. Sed qui mortales initio Africam habuerint, quique postea accesserint, aut quomodo inter se permixti sint: quamquam ab ea fama, quae plerosque obtinet, diversum est: tamen uti ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur, interpretatum nobis est; utique rem sese habere cultores ejus terrae putant, quam paucissumis dicam. Ceterum fides ejus rei penes auctores erit.

18 Africam initio habuere Gaetuli et Libyes, asperi, inculti; quis cibus erat caro ferina atque humi pabulum, uti pecoribus. Hi neque moribus, neque lege, neque imperio cujusquam regebantur: vagi, palantes, qua nox coëgerat, sedes habebant.

Sed postquam in Hispania Hercules, sicuti Afri putant, interiit; exercitus ejus, compositus ex variis gentibus, amisso duce, ac passim multis, sibi quique, imperium petentibus, brevi dilabitur. Ex eo numero Medi, Persae et Armeni, navibus in Africam transvecti, proxumos nostro mari locos occupavere. Sed Persae intra Oceanum magis; iique alveos navium inversos pro tuguriis habuere; quia neque materia in agris, neque ab Hispanis emundi, aut mutandi copia

eine Krankheit auf. Schädliche Thiere giebt es der Menge. Die gewöhnliche Sage von den erſten Bewohnern Afrika's, von den ſpätern und ihrer Vermiſchung iſt zwar verſchieden; doch will ich kurz ſagen, was man mir aus puniſchen Büchern, die dem Hiempſal zugehören ſollten, dollmetſchte, und was die Bewohner dieſes Landes für Wahrheit halten. Die Verfaſſer dieſer Geſchichte mögen für die Aechtheit bürgen.

Gätuler und Libyer, rauhe, ungebildete Völ- 18
ker, hatten Afrika zuerſt bewohnet. Ihre Speiſe war Wildprätt, und die Weide nährte sie, wie ihre Heerden. Ohne Sitten und Geſetze erkannten sie keinen Oberherrn; sie irrten als Nomaden umher, und ſchlugen da, wo sie die Nacht überfiel, ihr Lager auf. Als aber Herkules, wie die Afrer glauben, in Spanien fiel, ſo zerſtreuete sich ſein aus verſchiedenen Völkern gemiſchtes Heer, nachdem es ſeinen Feldherrn verloren hatte, und itzt viele hie und da nach Obergewalt rangen, in kurzer Zeit. Unter ihnen ſegelten die Meder, Perſer und Armenier nach Afrika, und beſetzten unſere nächſte Seeküſte. Doch die Perſer zogen näher zum Ozean. Der umgeſtürzte Schiffskiel diente ihnen zur Hütte; denn weder die Gegend lieferte ihnen Bauholz; noch konnten sie ſelbes von den Spaniern kaufen, oder eintauſchen. Das

erat. mare magnum et ignara lingua commercia prohibebant. Hi paullatim per connubia sibi Gaetulos miscuere: et quia saepe tentantes agros, alia, deinde alia loca petiverant, semet ipsi Numidas adpellavere. Ceterum adhuc aedificia Numidarum agrestium, quae mapalia illi vocant, oblonga, incurvis lateribus tecta, quasi navium carinae sunt.

Medis autem et Armenis accessere Libyes (nam hi propius mare Africum agitabant; Gaetuli sub sole magis, haud procul ab ardoribus) hique mature oppida habuere. nam freto divisi ab Hispania mutare res inter se instituerant.

Nomen eorum paullatim Libyes corrupere, barbara lingua Mauros, pro Medis, adpellantes.

Sed res Persarum brevi adolevit: ac postea nomine Numidae, propter multitudinem a parentibus digressi, possidere ea loca, quae proxume Carthaginem Numidia adpellatur.

Dein utrique alteris freti finitumos armis aut metu sub imperium cogere, nomen gloriamque

weite Meer und die fremde Sprache hinderten allen Handel. Sie vermischten sich allmählig durch Heirathen mit den Gätulern: weil sie, um Ländereien aufzusuchen, von einem Orte zum andern wanderten, nannten sie sich selbst Numiden *). Die Gebäude der Numiden auf dem Lande, die sie Mapalien nennen, gleichen durch ihre länglichte Gestalt und ihre einwärts gekrümmten Dächer noch immer einem Schiffskiele. Den Medern und Armeniern aber gesellten sich die Libyer bei; denn diese liessen sich näher bei dem Afrermeere nieder: die Gätuler aber mehr unter der Sonne, nicht weit vom heissen Erdgürtel. Diese bauten frühzeitig Städte, und handelten gegenseitig mit den Spaniern, von denen sie nur die Meeresenge trennte. Die Libyer verhunzten allmählig ihren Namen, und nannten sie in ihrer barbarischen Sprache, statt Meder, Maurer.

Die Persermacht wuchs bald empor. Bei der zu grossen Bevölkerung trennten sich die sogenannten Numiden von ihren Stammältern, und nahmen das Land ein, das an Karthago gränzet, und Numidien heisst. Später zwangen sie, mit vereinter Kraft, die Nachbarn, theils mit Gewalt, theils durch Schrecken unter ihr Joch, und erwar-

*) Nomaden, von νομη, Weide, der Weiden wechselt.

sibi addidere; magis hi, qui ad nostrum mare processerant: quia Libyes, quam Gaetuli, minus bellicosi; denique Africae pars inferior pleraque ab Numidis possessa est; victi omnes in gentem nomenque imperantium concessere.

19 Postea Phoenices alii multitudinis domi minuendae gratia, pars imperii cupidine, sollicitata plebe aliisque novarum rerum avidis, Hipponem, Hadrumetum, Leptim aliasque urbis in ora maritima condidere: haeque brevi multum auctae, pars originibus praesidio, aliae decori fuere. nam de Carthagine silere melius puto, quam parum dicere: quoniam alio properare tempus monet.

Igitur ad Catabathmon, qui locus Aegyptum ab Africa dividit, secundo mari, prima Cyrene est, colonia Thereon, ac deinceps duae Syrtes, interque eas Leptis: dein Philenon arae, quem, Aegyptum versus, finem imperii habuere Carthaginienses: post aliae Punicae urbes.

Cetera loca usque ad Mauretaniam Numidae tenent: proxume Hispaniam Mauri sunt: super Numidiam Gaetulos accepimus partim in tuguriis,

ben sich Anſehen und Ruhm: vorzüglich diejenigen, die unſerem Meere nahe wohnten: denn die Libyer sind nicht ſo kriegeriſch, als die Gätuler. Zuletzt eroberten die Numiden den beträchtlichſten Theil vom untern Afrika. Die besiegten Völker erhielten alle den Namen ihrer Beherrſcher, und machten mit ihnen ein Volk aus.

Die Phönizier wiegelten in der Folgezeit, 19
theils die Volksmenge zu mindern, theils aus Begierde zu herrſchen, das Volk und andere Abenteurer auf, und bauten an der Seeküſte, Hippo, Hadrumetum, Leptis und andere Städte. Dieſe wurden bald ſo blühend, daſs sie ihrem Stammvolke zum Schutze oder zum Ruhme dienten. Von Karthago will ich lieber ſchweigen, als zu wenig ſagen: denn ich muſs zu meinem Gegenſtande eilen.

Bei der tiefliegenden Ebne, die Egypten von Afrika ſcheidet, liegt am Meere hin zuerſt Cyrene, die Pflanzſtadt der Theräer: dann die zwei Syrten; in ihrer Mitte Leptis: weiter hin der Philener Altäre, welche das karthaginensiſche Reich gegen Egypten begränzen: endlich andere puniſche Städte. Das übrige Land, bis an Mauritanien, nehmen die Numiden ein: nächſt Spanien wohnen die Maurer. Ober Numidien sind, der Sage gemäſs, die Gätuler, die theils in Hütten wohnen, theils als wilde

alios incultius vagos agitare: post eos Aethiopas esse: dein loca exusta solis ardoribus.

Igitur bello Jugurthino pleraque ex Punicis oppida et finis Carthaginiensium, quos novissume habuerant, populus Romanus per magistratus administrabat: Gaetulorum magna pars et Numidia usque ad flumen Mulucham sub Jugurtha erant; Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, praeter nomen, cetera ignarus populi Romani, itemque nobis neque bello, neque pace antea cognitus. De Africa et ejus incolis ad necessitudinem rei satis dictum.

20 Postquam, regno diviso, legati Africa discessere, et Jugurtha contra timorem animi praemia sceleris adeptum sese videt; certum ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romae venalia esse; simul et illorum pollicitationibus accensus, quos paullo ante muneribus expleverat, in regnum Adherbalis animum intendit. Ipse acer, bellicosus: at is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus injuriae, metuens magis, quam metuendus. Igitur ex improviso finis ejus cum magna manu invasit: multos mortalis cum pecore atque alia praeda capit, aedificia incendit, pleraque loca hostiliter cum equitatu accedit. dein cum

Nomaden umherſchweifen. Hinter ihnen liegt Aethiopien; dann von der Sonne verſengte Heiden.

Das Römervolk verwaltete im Jugurthiner Kriege die meiſten puniſchen Städte und Länder, welche jüngſt die Karthager beſaſsen, durch Magiſtratsperſonen. Ein groſser Theil der Gätuler, und die Numiden ſtanden bis zum Mulucha Strom unter Jugurthas Geboth. Das ganze Maurervolk beherrſchte Konig Bocchus, der das Römervolk nur dem Namen nach kannte, und auch uns vorhin weder durch Krieg, noch Frieden bekannt war. So viel von Afrika und ſeinen Bewohnern.

20 Als nach der Theilung des Reiches die Geſandten Afrika verlieſsen, und Jugurtha, gegen ſeine ängſtliche Furcht, ſein Verbrechen belohnet ſah, hielt er die Zuſicherung ſeiner Freunde bei Numantia, daſs in Rom alles feil ſei, für wahr; und die Verſprechungen derer, die er kurz zuvor durch Geſchenke geblendet hatte, entflammten ihn zugleich, ſeinen Blick auf Adherbals Reich zu werfen. Er ſelbſt war trotzig und kriegeriſch: ſein Gegner ſanft, friedliebend, vom gefälligen Charakter, jeder Schmach bloſsgeſtellt, und mehr furchtſam, als furchtbar. Er überfällt alſo ſeine Gränzen unvermuthet mit einer ſtarken Macht; ſchleppt Menſchen, Vieh und unſägliche Beute fort; legt Gebäude in Brand; berennet mehrere Oerter, als Feind, mit ſeiner

omni multitudine in regnum suum convertit: existumans dolore permotum Adherbalem injurias suas manu vindicaturum, eamque rem belli caussam fore.

At ille quod neque se parem armis existumabat, et amicitia populi Romani magis, quam Numidis fretus erat; legatos ad Jugurtham de injuriis questum misit: qui tametsi contumeliosa dicta retulerant, prius tamen omnia pati decrevit, quam bellum sumere: quia tentatum antea secus cesserat.

Neque tamen eo magis cupido Jugurthae minuebatur: quippe qui totum ejus regnum animo jam invaserat. Itaque non, ut antea, cum praedatoria manu, sed magno exercitu comparato bellum gerere coepit, et aperte totius Numidiae imperium petere. Ceterum qua pergebat, urbis, agros vastare, praedas agere; suis animum, terrorem hostibus augere.

21 Adherbal ubi intellegit, eo processum, uti regnum aut relinquendum esset, aut armis retinendum; necessario copias parat, et Jugurthae obvius procedit. Interim haud longe a mari, prope Cirtam oppidum utriusque consedit exercitus: et quia die extremum erat, praelium non inceptum. ubi plerumque noctis processit, ob-

Reiterei, und zieht ſich dann mit ſeiner Rotte in ſein Reich zurück. Er wähnte, der tiefgebeugte Adherbal würde die Unbild mit bewaffneter Hand rächen; und ſo zum Kriege Anlaſs geben.

Doch dieſer hielt ſich zum Gegenkampfe viel zu ſchwach, und baute mehr auf die Freundſchaft des Römervolkes, als auf die Numiden. Er ſchickte alſo nur Geſandten an Jugurtha, die über die Beleidigung klagen ſollten. Ob dieſe gleich eine ſchimpfliche Antwort zurückbrachten, wollte er doch lieber alles dulden, als einen Krieg wagen; weil der letzte Verſuch ſo übel ausſchlug. Allein Jugurtha's Herrſchſucht legte ſich nicht: er verſchlang ſchon im Geiſte Adherbal's ganzes Reich; rüſtete nicht, wie vor, nur Freibeuter, ſondern ein mächtiges Heer zum Kriege aus, und griff das ganze Numidien offenbar an. Er verheerte auf ſeinem Zuge Städte, Ländereien, plünderte überall, und verbreitete Muth unter den Seinigen, und Schrecken unter den Feinden.

Als Adherbal ſah, es ſei dahin gekommen, daſs 21
er ſein Reich verlaſſen, oder mit den Waffen behaupten müſste, rüſtete er nothgedrungen Truppen, und rückte dem Jugurtha entgegen. Beider Heer lagerte ſich unweit dem Meere, bei der Stadt Cirta. Der ſchon dämmernde Abend hinderte das Treffen: als aber die Nacht beinahe ſchon -

scuro etiam tum lumine, milites Jugurthini, signo dato, castra hostium invadunt; semisomnos partim, alios arma sumentes fugant funduntque: Adherbal cum paucis equitibus Cirtam profugit, et ni multitudo togatorum fuisset, quae Numidas insequentes moenibus prohibuit, uno die inter duos Reges coeptum atque patratum bellum foret.

Igitur Jugurtha oppidum circumsedit, vineis turribusque et machinis omnium generum expugnare adgreditur: maxume festinans tempus legatorum antecapere, quos, ante praelium factum, Romam ab Adherbale missos audiverat.

Sed postquam Senatus de bello eorum accepit, tres adolescentes in Africam legantur, qui ambo Reges adeant, Senatus populique Romani verbis nuncient, „Velle et censere, eos ab armis discedere: de controversiis suis jure potius quam „bello disceptare: ita seque illisque dignum „fore"

22 Legati in Africam maturantes veniunt, eo magis, quod Romae, dum proficisci parant, de praelio facto et oppugnatione Cirtae audiebatur.

ſchwand, und der Morgen graute, griffen Jugurtha's Krieger das ſeindliche Heer auf gegebenes Zeichen an; und ſchlugen die halb ſchlaftrunkenen, oder zu den Waffen taumelnden Feinde in die Flucht. Adherbal rettete ſich mit wenigen Reitern nach Cirta. Hätten da nicht zahlreiche Römer, die ſich innerhalb der Mauern befanden, die nachſetzenden Numiden abgehalten, ſo wäre der Krieg zwiſchen zwei Königen an einem Tage angefangen und geendet worden.

Jugurtha umlagert alſo die Stadt: er ſucht ſie mit Sturmdächern, Thürmen und Kriegsmaſchinen jeder Art zu erſtürmen, und eilt, der Rückkunft der Geſandten, die Adherbal, wie er hörte, ſchon vor dem Treffen nach Rom geſchickt hatte, zuvor zu kommen. Als der Senat von ihrem Kriege Nachricht erhielt, ſchickte er drei junge Geſandten an beide Könige nach Afrika, ihnen im Namen des Senats und römiſchen Volkes zu verkünden: „Ihr „Wille und Ausſpruch gebiethe ihnen die Waffen „niederzulegen. Recht, nicht Krieg, entſcheide „über ihren Zwiſt. Dieſes fodere ihre, dieſes „Roms-Würde."

Die Geſandten kommen ſchleunig nach Afrika, 22
und eilen um ſo haſtiger, weil ſchon bei ihrer Abreiſe in Rom die Nachricht vom gelieferten Treffen, und Cirta's Belagerung erſcholl. Der Ruf

sed is rumor clemens erat. Quorum Jugurtha accepta oratione respondit: „Sibi neque majus „quidquam, neque carius auctoritate Senati: „ab adolescentia ita enisum, uti ab optumo quo„que probaretur: virtute, non malitia P. Sci„pioni, summo viro, placuisse: ob easdem ar„tis ab Micipsa, non penuria liberorum, in „regnum adoptatum: Ceterum quo plura bene at„que strenue fecisset, eo animum suum injuriam „minus tolerare: Adherbalem dolis vitae suae „insidiatum; quod ubi comperisset, sceleri ob„viam isse: populum Romanum neque recte, „neque pro bono facturum, si ab jure gentium „sese prohibuerint: postremo de omnibus rebus „legatos Romam brevi missurum.“

Ita utrique digrediuntur. Adherbalis adpellandi copia non fuit.

23 Jugurtha ubi eos Africa decessisse ratus est, neque propter loci naturam Cirtam armis expugnare potest; vallo atque fossa moenia circumdat, turris exstruit, easque praesidiis firmat: praeterea dies, noctes aut per vim, aut dolis tentare, defensoribus moenium praemia modo, modo formidinem ostentare, suos hortando ad virtutem erigere: prorsus intentus cuncta parare. Adherbal ubi intellegit, omnis suas fortunas in

ſagte noch zu wenig. Jugurtha antwortete auf ihre Rede: „Ihm ſei nichts ſo hochgeehrt und „theuer, als das Anſehen des Senats. Er habe „ſchon als Jüngling einzig nach dem Beifalle jedes „Rechtſchaffenen geſtrebt. Tugend, nicht Laſter, „erwarben ihm einſt des groſsen Scipio Gunſt. „Dieſer Verdienſte wegen, und nicht aus Kinder- „loſigkeit, hätte ihn Micipſa zum Thron erhoben. „Nach ſo vielen ſchönen Heldenthaten fühle er „jede Beleidigung doppelt hart. Adherbal habe „ihm tückiſch nach dem Leben geſtellt. Nach „dieſer Entdeckung ſei er dem Verbrecher entge- „gen gezogen: ungerecht, und gegen die gute „Sache würde ihn das Römervolk an Ausübung „des Völkerrechts hindern. Kurz: er wollte ſelbſt „wegen dem ganzen Vorfalle bald Geſandten nach „Rom ſchicken.“ So ſchieden beide: eine Unterredung mit Adherbaln ward nicht geſtattet.

So bald ſie Jugurtha auſser Afrika's Gränzen 23
glaubt, umringt er Cirta, das er wegen natürlicher Feſtigkeit nicht erſtürmen konnte, mit Wall und Schanze; errichtet Thürme, und bemannet ſie. Ueberdieſs ſetzte er der Stadt Tage und Nächte, bald mit Gewalt, bald durch Liſt zu. Die Vertheidiger der Veſte ſuchte er itzt durch Schrecken, nun durch Geſchenke zu gewinnen. Seine Krieger weckte er durch Zuſprüch zum Heldenmuthe. Er ruhte nicht; ordnete alles. Adherbal überſah

extremo sitas, hostem infestum, auxilii spem nullam, penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse; ex his, qui una Cirtam profugerant, duo maxume impigros delegit, eos multa pollicendo, ac miserando casum suum confirmat, uti per hostium munitiones noctu ad proxumum mare, dein Romam pergerent.

24 Numidae paucis diebus jussa efficiunt, litterae Adherbalis in Senatu recitatae, quarum sententia haec fuit.

„Non mea culpa saepe ad vos oratum mitto, „Patres conscripti, sed vis Jugurthae subigit: „quem tanta lubido exstinguendi me invasit, uti „neque vos, neque Deos immortalis in animo „habeat; sanguinem meum, quam omnia malit.

„Itaque quintum jam mensem socius et ami„cus populi Romani armis obsessus teneor: ne„que mihi Micipsae patris beneficia, neque ve„stra decreta auxiliantur. ferro, an fame acrius „urgear, incertus sum.

„Plura de Jugurtha scribere, dehortatur for„tuna mea: etiam antea expertus sum, parum „fidei miseris esse. Nisi tamen intelligo, illum

ſeine verzweifelte Lage; der ergrimmte Feind, Hilfloſigkeit, Mangel an nöthigen Bedürfniſſen hinderten ihn, den Krieg fortzuſetzen. Er wählet sich alſo zwei der Muthigſten, die zugleich *nach* Cirta geflüchtet waren, ermuntert sie durch reiche Geſchenke, und bewegt sie durch das Mitleidgefühl bei ſeinem Miſsgeſchicke, daſs sie durch die feindlichen Schanzen bei Nacht dem nächſten Meere zueilten, und von da nach Rom zögen.

Die Numiden erfüllen den Auftrag in wenig 24
Tagen: und es ward folgender Brief Adherbals im Senate vorgeleſen.

„Nicht aus meiner Schuld, verſammelte Väter! ſchicke ich ſo oft um Hilfe zu euch: Jugurtha's Gewaltthätigkeit zwingt mich dazu. Er lechzet ſo leidenſchaftlich nach meinem Untergange, daſs er weder euch, noch die unſterblichen Götter ſcheuet; mein Blut iſt ſein Loſungswort. Und ſo bin ich, der Verbündete und Freund des römiſchen Volkes, ſchon das fünfte Monath von ſeinem Heere umringet und eingeſchloſſen. Die Wohlthaten meines Vaters Micipſa, eure Befehle helfen mir nichts. Hunger und Schwert drängen mich gleich hart. Mein Elend miſsräth mir, über Jugurtha mehr zu ſchreiben: ich erfuhr ſchon zuvor, daſs Unglückliche wenig Glauben finden. Er ſtrebet, ich ſehe

„supra, quam ego sum, petere, neque simul „amicitiam vestram, et regnum meum sperare: „utrum gravius existumet, nemini occultum est. „Nam initio occidit Hiempsalem fratrem meum; „dein patrio regno me expulit. quae sane fuerint „nostrae injuriae, nihil ad vos.

„Verum nunc vestrum regnum armis tenet: „me, quem imperatorem Numidis posuistis, clau- „sum obsidet: legatorum verba quanti fecerit, „pericula mea declarant. Quid reliquum, nisi „vis vestra quo moveri possit?

„Nam ego quidem vellem, et haec, quae „scribo, et quae antea in Senatu questus sum, „vana forent potius, quam miseria mea fidem „verbis faceret.

„Sed quoniam eo natus sum, ut Jugurthae „scelerum ostentui essem, non jam mortem, ne- „que aerumnas, tantummodo inimici imperium et „cruciatus corporis deprecor.

„Regno Numidiae, quod vestrum est, uti „lubet, consulite: me ex manibus impiis eri- „pite, per majestatem imperii, per amicitiae „fidem; si ulla apud vos memoria avi mei Ma- „sinissae."

„es nur zu gut, nach einem höheren Ziele, als ich „bin; und wünſchet nicht zugleich eure Freund„ſchaft und mein Reich zu besitzen. Was ihm von „beiden wichtiger ſcheine, iſt kein Geheimniſs. „Denn er mordete zuerſt meinen Bruder Hiempſal: „dann trieb er mich aus dem väterlichen Reiche. „Doch unſere Beleidigung rühret euch nicht. Aber „itzt beſetzen ſeine Waffen euer Reich: itzt hält „er mich, den ihr zum Numidenherrſcher ſetztet, „eingeſchloſſen, und umlagert mich. Wie hoch er „die Worte der Geſandten achtete, beweiſet meine „Gefahr. Nur eure Macht kann ihn noch erſchüt„tern. Möchte dieſer Brief und meine neuliche „Klage im Senate lieber ungegründet ſeyn, als „daſs euch mein wahres Miſsgeſchick überzeugen „müſſe. Weil ich ſchon dazu gebohren bin, daſs „ich dem Verbrecher Jugurtha zum Hohne diene: „ſo bitte ich euch nicht, daſs ihr den Tod, die „Drangſale von mir wehret; ſondern mich nur von „der Tyrannei meines Feindes, nur von den Fol„tern meines Körpers rettet. Sorget für Numi„dien, euer Reich, wie ihr wollet: nur mich „entreiſſet den Händen des Wütherichs. Ich be„ſchwöre euch bei der Majeſtät des Reiches, bei „dem Freundſchaftbunde, und, wenn euch das „Andenken meines Ahnes noch würdig iſt, bei „Maſiniſſa."

25 His litteris recitatis, fuere, qui exercitum in Africam mittendum censerent, et quam primum Adherbali subveniendum: de Jugurtha interim uti consuleretur, quoniam non paruisset legatis. Sed ab isdem Regis fautoribus ope summa enisum, ne decretum fieret. Ita bonum publicum, ut in plerisque negotiis solet, privata gratia devictum. Legantur tamen in Africam majores natu, nobiles, amplis honoribus: in quis M. Scaurus, de quo supra memoravimus, consularis, et tum in Senatu princeps.

Hi, quod in invidia res erat simul, et ab Numidis obsecrati, triduo navim escendere: dein brevi Uticam adpulsi litteras ad Jugurtham mittunt, „quam ocissume ad provinciam accedat, „seque ad eum ab Senatu missos.“

Ille ubi accepit, homines claros, quorum auctoritatem Romae pollere audiverat, contra inceptum suum venisse: primo commotus, metu atque lubidine divorsus agitabatur. Timebat iram Senati, ni paruisset legatis: porro animus cupidine caecus ad inceptum scelus rapiebat.

Vicit tamen in avido ingenio pravum consilium. Igitur, exercitu circumdato, summa vi Cirtam irrumpere nititur, maxume sperans, di-

Nach Ableſung des Briefes ſtimmten Einige auf 25
Abſendung eines Heeres nach Afrika, und auf ſchleunige Hilfe für Adherbal: über den Ungehorſam Jugurtha's gegen die Geſandten ſolle man Rath halten. Doch die nämlichen Gönner Jugurtha's ſetzten sich dieſem Schluſſe mit aller Anſtrengung entgegen. So siegte, wie gewöhnlich, Privatgunſt über das Beſte des Staats. Indeſs ſchickte man itzt Edlinge, die das Alter und manche begleitete anſehnliche Poſten ehrwürdig machten, als Geſandten nach Afrika. Unter dieſen fand sich der obenerwähnte Skaurus, ein Exkonſul, und damals das Haupt des Senats. Die herzempörende Sache und die dringende Bitte der Numiden bewogen sie, sich in drei Tagen einzuſchiffen. Sie landeten bald in Utika, und ſchrieben dem Jugurtha: „Er möchte eiligſt in die Provinz kommen; „der Senat hätte sie an ihn abgeſendet." Die Nachricht, daſs erlauchte und in Rom mächtige Männer gekommen wären, ſein Unternehmen zu vereiteln, beſtürmte ihn wechſelweiſe mit Furcht und Herrſchſucht: er wankte unentſchloſſen. Er ſcheute sich, wenn er den Legaten nicht gehorchte, vor dem Zorne des Senats: im Gegentheile riſs ihn ſein vom Ehrgeitze geblendeter Geiſt zu dem gewagten Frevel hin. Endlich unterlag ſein gieriges Herz dem böſen Entwurfe. Er umringet Cirta mit dem Heere, und ſucht mit ſtürmender Gewalt einzubrechen: denn er hoffte sicher,

ducta manu hostium, aut vi, aut dolis sese casum victoriae inventurum. Quod ubi secus procedit, neque, quod intenderat, efficere potest, uti prius, quam legatos conveniret, Adherbalis potiretur; ne amplius morando Scaurum, quem plurimum metuebat, incenderet, cum paucis equitibus in provinciam venit.

Ac tametsi Senati verbis minae graves nunciabantur, quod oppugnatione non desisteret; multa tamen oratione consumta, legati frustra discessere.

26 Ea postquam Cirtae audita sunt, Italici, quorum virtute moenia defensabantur, confisi, deditione facta, propter magnitudinem populi Romani inviolatos sese fore, Adherbali suadent, uti seque, et oppidum Jugurthae tradat: tantum ab eo vitam paciscatur, de ceteris Senatui curae fore.

At ille, tametsi omnia potiora fide Jugurthae rebatur; quia penes eosdem, si advorsaretur, cogendi potestas erat, ita, uti censuerant Italici, deditionem facit.

Jugurtha in primis Adherbalem excruciatum necat: dein omnis puberes Numidas et negotia-

die Macht der Feinde zu trennen, und den Sieg durch Gewalt oder List zu erzwingen. Doch sein Versuch mißlang, und er konnte den Plan, noch vor der Unterredung mit den Legaten, Adherbal in seine Hände zu bekommen, nicht durchsetzen. Er reiste daher, um Skaurus, den er am meisten fürchtete, durch längeres Säumen nicht aufzubringen, mit wenigen Reitern in die Provinz. Man kündete ihm, wenn er von der Belagerung nicht abstände, im Namen des Senats, die schwersten Drohungen an: doch machten ihm die Gesandten umsonst Vorstellungen; und sie kehrten unverrichteter Dinge zurück.

Als die Nachricht in Cirta erscholl, glaubten 26
die Italer, deren Tapferkeit bisher die Mauern vertheidigt hatte, man würde, aus Ehrfurcht für den mächtigen Römernamen, nach geschehener Uebergabe ihrer schonen: und sie riethen Adherbaln, sich und die Stadt an Jugurtha zu übergeben. Er sollte sich nur von ihm Sicherheit des Lebens verbürgen lassen: für das Uebrige würde der Senat sorgen. Adherbal traute auf nichts weniger, als auf Jugurtha's Wort; doch sah er, daſs ihn die Nämlichen bei einer Weigerung auch zwingen konnten: er entschloſs sich also nach ihrem Rathe zur Uebergabe. Allein Jugurtha richtete zuerst Adherbal durch den grausamsten Tod hin: dann mordete er alle waffenfähige Numiden und Kaufleute, so wie

tores promiscue, uti quisque armatus obvius, interfecit.

27 Quod postquam Romae cognitum et res in Senatu agitari coepta, idem illi ministri Regis interpellando ac saepe gratia, interdum jurgiis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant.

Ac ni C. Memmius, tribunus plebis designatus, vir acer et infestus potentiae nobilitatis, populum Romanum edocuisset, „id agi, uti per „paucos factiosos Jugurthae scelus condonaretur,“ profecto omnis invidia prolatandis consultationibus dilapsa erat. tanta vis gratiae atque pecuniae Regis.

Sed ubi Senatus delicti conscientia populum timet; lege Sempronia provinciae futuris Consulibus, Numidia atque Italia decretae: Consules declarantur P. Scipio Nasica, L. Bestia Calpurnius; Calpurnio Numidia, Scipioni Italia obvenit. deinde exercitus, qui in Africam portaretur, scribitur: stipendium, alia, quae bello usui forent, decernuntur.

28 At Jugurtha, contra spem nuncio accepto, quippe cui, Romae omnia venum ire, in animo haeserat, filium et cum eo duo familiaris ad Senatum legatos mittit: hisque, ut illis, quos

jeder feinen Kriegern in die Hände fiel, ohne Unterfchied.

Als man das Verbrechen in Rom erfuhr, und 27
im Senat darüber Rath hielt, ftörten die nämlichen Königsknechte die Unterfuchung; gewannen durch Anfehen und Widerrede Zeit, und zogen über die greulvolle That einen Schleier. Hätte nicht C. Memmius, der ernannte Volkstribun, ein unerfchütterter Mann, und Feind des mächtigen Adels, das Volk unterrichtet, dafs man, wenigen Partheigängern zu Liebe, Jugurtha fein Verbrechen verzeihen wollte; fo wäre in der That bei dem hinausgedehnten Rathhalten aller Hafs verlofchen. So mächtig wirkte Gunft und Königsgeld. Doch fürchtete sich itzt der Senat bei dem Bewufstfeyn des Lafters vor dem Volke, und fagte, gemäfs dem Sempronifchen Gefetze, den künftigen Konfuln die Provinzen Asien und Numidien zu. P. Scipio Nasika, L. Beftia Kalpurnius wurden als Konfuln erwählet. Kalpurnius erhielt Numidien, Scipio Italien. Man wirbt ein Heer zum Feldzuge nach Afrika, und beftimmt die Kriegsgelder und andere Bedürfniffe.

Als Jugurtha diefe unerwartete Nachricht 28
hörte; denn er fetzte sich's feft in den Sinn, dafs zu Rom alles feil ftehe: fo fchickte er feinen Sohn und zwei Vertraute als Gefandten an den Senat.

Hiempsale interfecto miserat, praecipit, omnis mortalis pecunia adgrediantur. Qui postquam Romam adventabant; Senatus a Bestia consultus: „placeretne legatos Jugurthae recipi moenibus.“ iique decrevere: nisi regnum, ipsumque deditum venissent, uti in diebus proxumis decem Italia decederent. Consul Numidis ex Senati decreto nunciari jubet. ita infectis rebus illi domum discedunt.

Interim Calpurnius, parato exercitu, legat sibi homines nobilis, factiosos, quorum auctoritate, quae deliquisset, munita fore sperabat: in quis fuit Scaurus, cujus de natura et habitu supra memoravimus. Nam in Consule nostro multae bonaeque artes animi et corporis erant: quas omnis avaritia praepediebat. patiens laborum, acri ingenio, satis providens; belli haud ignarus, firmissumus contra pericula et insidias. Sed legiones per Italiam Rhegium, atque inde Siciliam, porro ex Sicilia in Africam transvectae. Igitur Calpurnius initio, paratis commeatibus, acriter Numidiam ingressus est, multos mortalis, et urbis aliquot pugnando capit.

29 Sed ubi Jugurtha per legatos pecunia tentare, bellique, quod administrabat, asperitatem ostendere coepit: animus aeger avaritia facile conversus est. Ceterum socius et administer omnium

Er geboth ihnen, wie denjenigen bei Hiempfals Morde, alle Welt mit Geld zu beftürmen. Beftia fragte nach ihrer Ankunft in Rom den Senat um Rath: „ob man Jugurtha's Gefandten den Ein„tritt in die Stadt erlaubte?“ Diefer befchlofs: „Wenn sie nicht König und Reich auslieferten, „follten sie nach zehen Tagen wieder aus Italien „abziehen.“ Der Konful läfst den Numiden den Senatsfchlufs ankünden; und sie ziehen unverrichteter Sache nach Haufe. Kalpurnius wählt sich indefs, nach geworbenem Heere, partheifüchtige Leute vom Adel aus; er hoffte unter ihrem Anfehen feine Fehler zu bergen. Skaurus, deffen Charakter und Denkart ich oben fchilderte, war unter ihrer Zahl. Unfer Konful befafs viele Geiftes- und Körpervorzüge: aber Geitz verdunkelte sie alle. Abgehärtet, fcharfen Blickes, vorsichtig, ftand er, als geprüfter Krieger, gegen Gefahr und Nachftellung felfenfeft. Die Legionen zogen durch Italien nach Rhegium: von da nach Sicilien, und von Sicilien nach Afrika. Kalpurnius bricht fo, anfangs gut ausgerüftet, muthig in Numidien ein; macht viele Gefangene, und nimmt mit gewaffneter Hand einige Städte weg.

Doch fein am Geitze krankes Herz erlag bald, 29
als ihn Jugurtha durch Gefandte beftechen, und das Befchwerliche des ihm aufgetragenen Krieges fühlen liefs. Der Vertraute und Theilnehmer aller

consiliorum adsumitur Scaurus: qui tametsi a principio, plerisque ex factione ejus corruptis, acerrume Regem impugnaverat; tamen magnitudine pecuniae a bono honestoque in pravum abstractus est. Sed Jugurtha primum tantummodo belli moram redimebat, existumans, sese aliquid interim Romae pretio aut gratia effecturum: postea vero quam participem negotii Scaurum acceperat: in maxumam spem adductus recuperandae pacis, statuit cum eis de omnibus pactionibus praesens agere. Ceterum interea, fidei caussa, mittitur a Consule Sextius Quaestor in oppidum Jugurthae Vagam. cujus rei species erat acceptio frumenti, quod Calpurnius palam legatis imperaverat: quoniam deditionis mora induciae agitabantur.

Igitur Rex, uti constituerat, in castra venit: ac pauca, praesenti consilio, locutus de invidia facti, atque in deditionem uti acciperetur; reliqua cum Bestia et Scauro secreta transigit: dein postero die, quasi per saturam exquisitis sententiis, in deditionem accipitur.

Sed uti pro consilio imperatum, elephanti triginta, pecus atque equi multi, cum parvo argenti pondere Quaestori traduntur. Calpurnius Romam ad magistratus rogandos proficiscitur.

Geheimnisse war Skaurus, der sich anfangs nicht, wie die Meisten seiner Parthei, bestechen liess, sondern den König am heftigsten bekämpfte; itzt aber, durch den Goldesschimmer geblendet, von Tugend und Rechtschaffenheit auf Abwege verirrte. Jugurtha kaufte anfangs nur Waffenstillstand: er hoffte indess zu Rom durch Geld oder Gunst zu wirken. Als er aber Skaurus auf seiner Seite sah, dann erwachte sichere Hoffnung des Friedens in ihm; und er beschloss, mit ihnen über die ganze Sache mündlich zu unterhandeln. Uebrigens war der Quästor Sextius vom Konsul, als Geisel nach Vaga, einer Stadt Jugurtha's geschickt. Man gab als Grund dieser Sendung die Getreideauslieferung an, die Kalpurnius, weil sich die Uebergabe hinauszögerte, und Waffenstillstand geschlossen ward, öffentlich von Jugurtha's Gesandten gefodert hatte. Der König kam also, gemäss seinem Entschlusse, in das Lager. Er sprach wegen seinem verruchten Verbrechen und der Genehmigung seiner Uebergabe vor dem gegenwärtigen Rathe nur Weniges: das Uebrige unterhandelte er mit Bestia und Skaurus in geheim. Die Stimmen wurden folgenden Tag im bunten Gemische gesammelt, und die Uebergabe genehmigt: doch lieferte man auf den Befehl des Rathes dreissig Elephanten, Vieh, und viele Rosse, und eine geringe Summe Geldes an den Quästor aus. Kalpurnius reiste zur Magistratswahl nach Rom.

In Numidia et exercitu nostro pax agitabatur.

30 Postquam res in Africa gestas, quoque modo actae forent, fama divolgavit; Romae per omnis locos et conventus de facto Consulis agitari. apud plebem gravis invidia; Patres, probarentne tantum flagitium, an decretum Consulis subverterent, parum constabat.

Ac maxume eos potentia Scauri, quod is auctor et socius Bestiae ferebatur, a vero, bono impediebat.

At C. Memmius, cujus de libertate ingenii et odio potentiae nobilitatis supra diximus, inter dubitationem et moras Senati, concionibus populum ad vindicandum hortari; monere, ne rempublicam, ne libertatem suam desererent: multa superba, crudelia facinora nobilitatis ostendere: prorsus intentus omni modo plebis animum accendebat.

Sed quoniam ea tempestate Memmii facundia clara pollensque fuit; decere existumavi, unam ex tam multis orationem perscribere ac potissumum, quae in concione post reditum Bestiae hujuscemodi verbis disseruit.

In Numidien und bei unſerem Heere herrſchte Friede.

Als sich der Ruf dieſer Geſchichte von Afrika, 30
und ihre näheren Umſtände verbreitet hatten, rügte man das Verfahren des Konſuls in allen Straſsen und Zuſammenkünften Roms. Das Volk war erbittert: die Väter ſehr bekümmert. Sollten sie ſolch eine Schandthat billigen? oder den Vertrag des Konſuls umſtoſsen? darüber blieben sie unſchlüſsig. Vorzüglich ſchreckte sie die Macht des Skaurus, den man als Rathgeber und Theilnehmer Beſtia's angab, von Recht und Biederſinn zurück. Doch Memmius, deſſen freie Denkart und Haſs gegen die Macht des Adels ich oben berührte, regte das Volk, während der Senat wankte und ſäumte, durch ſeine Reden zur Rache auf. Er ermahnte sie, ihren Staat, ihre Freiheit nicht bloſs zu geben: ſchilderte ihnen die vielen, ſtolzen, grauſamen Thaten des Adels, und ruhte nicht, bis er den Zorn des Volkes auf alle Weiſe entflammt hatte. Weil in dieſen Tagen die Beredſamkeit des Memmius ſo anſehnlich und mächtig ſchien, halte ichs für gut, eine ſeiner vielen Reden hier beizuſetzen. Ich wähle mir diejenige, die er nach Beſtia's Wiederkehr vor dem Volke dieſes Inhalts hielt.

31 „Multa me dehortantur a vobis, Quirites,
„ni studium reipublicae omnia superet: opes fa-
„ctionis, vestra patientia, jus nullum; ac ma-
„xume, quod innocentiae plus periculi, quam
„honoris, est. Nam illa quidem piget dicere,
„his annis XV. quam ludibrio fueritis superbiae
„paucorum; quam foede, quamque inulti perie-
„rint vestri defensores; ut vobis animus ab igna-
„via atque secordia corruptus sit: qui ne nunc
„quidem, obnoxiis inimicis, exsurgitis, atque
„etiam nunc timetis, quibus decet terrori esse.

„Sed quamquam haec talia sunt: tamen ob-
„viam ire factionis potentiae, animus subigit.
„certe ego libertatem, quae mihi a parente tra-
„dita est, experiar: verum id frustra, an ob
„rem faciam, in vestra manu situm, Quirites.
„Neque ego hortor, quod saepe majores vestri
„fecere, uti contra injurias armati eatis. Nihil
„vi, nihil secessione opus: necesse est, suo-
„met ipsi more praecipites eant. Occiso Tiberio
„Graccho, quem regnum parare ajebant, in ple-
„bem Romanam quaestiones habitae sunt.

„Post C. Gracchi et M. Fulvii caedem, item
„multi vestri ordinis in carcere necati sunt:
„utriusque cladis non lex, verum lubido eorum
„finem fecit. Sed sane fuerit regni paratio,

„Siegte nicht Vaterlandsliebe über jedes Hin- 31
„derniſs, ſo müſste mich manche Urſache von
„euch, Quiriter! entfernen: die Macht des Par-
„theigeiſtes, eure Gefühllosigkeit, das verkannte
„Recht, und die mehr gefährdete, als geehrte Un-
„ſchuld. Ich erröthe es, zu ſagen, wie euch
„dieſe 15 Jahre die ſtolzen Oligarchen verhöhn-
„ten; wie eure Vertheidiger ſo ſchändlich, und
„ohne Rächer fielen; wie Feigheit und Erſchlaf-
„fung euren Muth abſtumpfte. Selbſt itzt, da
„euch die Feinde zu Gebothe ſtehen, erhebt ihr
„euch nicht; und fürchtet diejenigen, die vor
„euch zittern müſsten. Aber mein Herz ſchlägt
„auch ſo noch muthig genug, dem Partheigeiſte
„entgegen zu kämpfen. Bei den Göttern! mich
„leite die Freiheit, die ich von meinem Vater
„erbte: ob ohne Wirkung? das liegt, Quiriter! bei
„euch. Ich ermahne euch nicht, nach Vätersitte
„die Unbild mit bewaffneter Hand zu rächen. Es
„bedarf keiner Gewalt, keiner Trennung; ſie
„muſs ihr eigenes Sittenverderbniſs ſtürzen. Man
„ſtellte nach des Tiberius Gracchus Ermordung,
„der ein Königthum errichten wollte, bei dem rö-
„miſchen Volke die ſtrengſte Unterſuchung an.
„Auch nach des Kajus-Gracchus und Markus Ful-
„vius Hinrichtung wurden viele von eurem Stande
„im Gefängniſſe getödtet. Nicht das Geſetz, ſon-
„dern die Laune dieſer Henker machte dem dop-
„pelten Gemetzel ein Ende. Immerhin! man

„plebi sua restituere. quidquid sine sanguine ci-„vium ulcisci nequitur, jure factum sit.

„Superioribus annis taciti indignabamini, ae-„rarium expilari; reges et populos liberos paucis „nobilibus vectigal pendere; penes eosdem et „summam gloriam, et maxumas divitias esse: „tamen haec talia facinora impune suscepisse, „parum habuere. itaque postremo leges, maje-„stas vestra, divina et humana omnia hosti-„bus tradita sunt.

„Neque eos, qui fecere, pudet aut poeni-„tet: sed incedunt per ora vestra magnifice; sa-„cerdotia et consulatus, pars triumphos suos „ostentantes: perinde quasi honori, non prae-„dae habeant.

„Servi aere parati imperia injusta dominorum „non perferunt: vos, Quirites, imperio nati, „aequo animo servitutem toleratis.

„At qui sunt hi, qui rempublicam occupa-„vere? homines sceleratissumi, cruentis mani-„bus, immani avaritia, nocentissumi, idem-„que superbissumi; quis fides, decus, pietas, „postremo honesta atque inhonesta omnia quae-„stui sunt. Pars eorum occidisse tribunos ple-

„nenne Wiederherstellung der Volksrechte König-
„thum: man nenne gesetzmäſsig, was man nicht
„ohne Bürgerblut rächen kann. Ihr sahet die letz-
„tern Jahre mit stillen Unwillen, wie man die
„Staatskasse plünderte; wie Könige und freie Völ-
„ker wenigen Edlingen zollten; wie die nämlichen
„alle Würden und Reichthümer an sich rissen.
„Doch, solche Greulthaten ungestraft verübt zu
„haben, hielten sie nur für Kleinigkeit. Darum
„verkauften sie noch zuletzt Gesetze, eure Ma-
„jestät, alle göttliche und menschliche Rechte
„an eure Feinde.

„Die Verbrecher fühlen über ihr Vergehen
„weder Schaam, noch Reue: sondern sie treten
„noch stolz unter eure Augen; pralen mit Priester-
„und Konsulwürden; einige feiern noch Sieges-
„gepränge, und pochen auf ihren Raub, wie auf
„Ehre. Um Geld gekaufte Sklaven sträuben sich
„gegen die ungerechten Befehle ihrer Herren; und
„ihr zum Herrschen gebohrne Römer schmiegt euch
„so zahm unter das Sklavenjoch.

„Und wer sind denn diese Wütheriche, die
„den Freistaat an sich rissen? Verruchte Verbre-
„cher, blutige Henker, unersättliche Filze, Scha-
„denstifter, und doch die stolzesten Despoten, die
„mit Treue, Ehre, Tugend, Recht und Unrecht
„wuchern. Einige unter ihnen mordeten Volks-

„bis, alii quaestiones injustas, plerique caedem „in vos fecisse, pro munimento habent.

„Ita quam quisque pessume fecit, tam ma- „xume tutus est. metum a scelere suo ad „ignaviam vestram transtulere: quos omnis ea- „dem cupere, eadem odisse, eadem metuere in „unum coëgit. sed haec inter bonos amicitia est, „inter malos factio.

„Quod si tam libertatis curam haberetis, quam „illi ad dominationem accensi sunt; profecto ne- „que respublica, sicuti nunc, vastaretur; et „beneficia vestra penes optumos, non audacissu- „mos, forent.

„Majores vestri, parandi juris et majestatis „constituendae gratia, bis, per secessionem, ar- „mati Aventinum occupavere; vos pro libertate, „quam ab illis accepistis, non summa ope nite- „mini? atque eo vehementius, quod majus de- „decus est, parta amittere, quam omnino non „paravisse.

„Dicet aliquis: Quid igitur censes? vindi- „candum in eos, qui hosti prodidere rempubli- „cam: non manu, neque vi; quod magis vos

„tribunen; andere waren ungerechte Ankläger; die „meiften vergoffen Bürgerblut. Diefs ift ihre „Schutzwehre. Je gröfser der Verbrecher ift, defto „ungefährdeter lebt er. Eure Feigheit benahm „ihnen die Furcht vor ihren Verbrechen. Die „nämlichen Wünfche, der nämliche Hafs, die „nämliche Furcht haben sie verbrüdert; doch „diefe Verbrüderung ift nur unter Rechtfchaffenen „Freundfchaft, unter Schurken aber Rottengeift.

„Wenn ihr die Freiheit fo herzlich liebtet, „als jene ungeftüm für Tyrannei entflammt sind, „fo würde der Staat nicht, wie itzt, verheeret; „und eure Wohlthaten, nicht dem Tollkühnften, „fondern dem Rechtfchaffenften zu Theil werden. „Eure Väter trennten sich zweimal für die Grün- „dung des Rechts und der Volkswürde, und be- „fetzten den Aventin mit bewaffneter Hand. Und „follet ihr für die Freiheit, die ihr von ihnen „geerbet habet, nicht eure ganze Kraft aufbie- „then? und das um fo feuriger, je fchändlicher es „ift, ein erworbenes Gut zu verlieren, als nie er- „worben zu haben.

„Nun was räthft du uns? werdet ihr fagen. „Dafs ihr an den Frevlern, die dem Feinde den „Freiftaat verriethen, Rache nehmet: aber nicht „mit bewaffneter Hand, nicht mit Gewalt: denn „das wäre für euch entehrender, es zu thun, als

„fecisse, quam illis accidisse indignum; verum „quaestionibus et indicio ipsius Jugurthae. qui „si deditícius est, profecto jussis vestris obediens „erit: sin ea contemnit; scilicet existumabitis, „qualis illa pax, aut deditio, ex qua ad Jugur-„tham scelerum impunitas, ad paucos potentis „maxumae divitiae, in rempublicam damna, de-„decora pervenerint.

„Nisi forte nondum etiam vos dominationis „eorum satietas tenet, et illa, quam haec tem-„pora, magis placent, cum regna, provinciae, „leges, jura, judicia, bella, paces, postremo „divina et humana omnia penes paucos erant: „vos autem, hoc est, populus Romanus, in-„victi ab hostibus, imperatores omnium gentium, „satis habebatis animam retinere. nam servitu-„tem quidem quis vestrum recusare audebat?

„Atque ego tametsi viro flagitiosissumum ex-„istumo, impune injuriam accepisse; tamen vos „hominibus sceleratissumis ignoscere, quoniam „cives sunt, aequo animo paterer, nisi miseri-„cordia in perniciem casura esset.

„Nam et illis, quantum importunitatis ha-„bent, parum est, impune male fecisse, nisi „deinde faciundi licentia eripitur: et vobis ae-

„für sie, es zu leiden:, sondern durch Untersu-
„chung des Lasters, und das eigene Geständnifs Jugurtha's. Ist seine Uebergabe redlich, dann wird „er gewifs euren Befehlen gehorchen; verachtet er „sie im Gegentheile, dann möget ihr selbst schliessen, was diefs für ein Friede, für eine Uebergabe sei, die Jugurtha's Verbrechen Amnestie, „den Oligarchen unermefsliche Reichthümer, und „dem Vaterlande Schaden und Schande brachte.

„Fühlt ihr an ihrer Tyrannei noch keinen Ueberdrufs? wünschet ihr euch jene Zeit zurück, „wo Königreiche, Provinzen, Gesetze, Rechte, „Richterwürde, Krieg und Frieden, wo die Sache „der Religion und Menschheit unter dem Gebothe „der Oligarchen stand? wo ihr, das heifst, das „römische Volk, unbesiegt von den Feinden, die „Beherrscher aller Völker, nur um das Leben betteln mufstet? denn wer wagte es von euch, „gegen Sklaverei zu kämpfen? Ich halte den „Mann, der sich ungerochen beleidigen läfst, für „entehret. Doch wollte ich kaltblütig zusehen, „dafs ihr diesen lasterhaften Unmenschen, als „euren Mitbürgern, vergäbet, wenn euch dieses „Mitleidgefühl nicht ins Verderben stürzte. So „ausgeschämt jene auch sind, so werden sie sich „doch nicht begnügen, diese Verbrechen ungestraft „verübt zu haben, wenn ihr ihnen nicht die zügellose Macht zu künftigen Verbrechen entreis-

„terna sollicitudo remanebit, cum intellegetis, „aut serviundum esse, aut per manus libertatem „retinendam. Nam fidei quidem, aut concordiae „quae spes? Dominari illi volunt; vos liberi „esse; facere illi injurias; vos prohibere: po- „stremo sociis vestris veluti hostibus; hostibus „pro sociis utuntur. Potestne in tam divorsis „mentibus pax aut amicitia esse?

„Quare moneo hortorque, ne tantum scelus „impunitum omittatis. Non peculatus aerarii fa- „ctus est, neque per vim sociis ereptae pecu- „niae: quae quamquam gravia, tamen consue- „tudine jam pro nihilo habentur.

„Hosti acerrumo prodita Senati auctoritas, „proditum imperium vestrum: domi militiaeque „respublica venalis fuit.

„Quae nisi quaesita erunt, ni vindicatum in „noxios: quid reliquum, nisi ut illis, qui ea „fecere, obedientes vivamus? nam impune quae- „libet facere, id est Regem esse.

„Neque ego, Quirites, hortor, ut malitis „civis vestros perperam, quam recte fecisse; sed „ne, ignoscendo malis, bonos perditum eatis.

„ſet. Der Gedanke, daſs ihr, entweder als Skla-
„ven dienen, oder die Freiheit mit Gewalt be-
„haupten müſſet, wird euch ewig beunruhigen.
„Wie könnet ihr auf Treue, wie auf Eintracht
„hoffen? Jene wollen herrſchen; ihr frei ſeyn;
„Jene Unbilden zufügen; ihr ſelbe abwehren;
„Jene behandeln eure Verbündete als Feinde; eure
„Feinde als ihre Verbündete. Kann bei ſolch einer
„widerſprechenden Denkart Friede oder Freund-
„ſchaft walten? Ich ermahne und beſchwöre euch
„daher, ſolch ein greulvolles Verbrechen nicht un-
„geſtraft zu laſſen. Man plünderte nicht die
„Schatzkammer; man entriſs nicht euren Verbün-
„deten ihr Vermögen mit Gewalt; ſo ſchwer als
„dieſe Laſter sind, ſo macht sie doch die Gewohn-
„heit zu geringen Sünden: ſondern man lieferte
„dem geſchwornſten Feinde durch Hochverrath
„das Anſehen des Senats, durch Hochverrath die
„Majeſtät des Reiches aus: man both im Frieden
„und Kriege das Vaterland als feile Waare dar.
„Wenn ihr dieſe Verbrechen nicht ſtrenge unter-
„ſuchet; wenn ihr die Schadenſtifter nicht rächet;
„was bleibt euch dann übrig, als daſs ihr als
„Sklaven dieſer Sünder lebet? Ungefährdet jede
„Unthat verüben, das iſt Königthum. Ich fodere
„nicht, daſs ihr eure Mitbürger lieber bei einer
„böſen, als gerechten Sache zu finden wünſchet;
„ſondern daſs ihr nicht, wenn ihr den Böſewich-
„tern verzeihet, die Gutgeſinnten zu Grunde rich-

„Ad hoc in republica multo praestat beneficii „quam maleficii immemorem esse. bonus tantummodo segnior fit, ubi neglegas; at malus improbior. Ad hoc si injuriae non sint, haud „saepe auxilii egeas."

32 Haec atque alia hujuscemodi saepe dicundo, Memmius populo persuadet, uti L. Cassius, qui tum Praetor erat, ad Jugurtham mitteretur, interposita fide publica, Romam duceret; quo facilius indicio Regis, Scauri et reliquorum, quos pecuniae captae arcessebant, delicta patefierent.

Dum haec Romae geruntur, qui in Numidia relicti a Bestia exercitui praeerant, sequuti morem imperatoris, plurima et flagitiosissuma facinora fecere. Fuere, qui auro corrupti elephantos Jugurthae traderent; alii perfugas vendere, et pars ex pacatis praedas agebant. tanta vis avaritiae in animos eorum, veluti tabes, invaserat.

At Cassius, populi Romani perlata rogatione a C. Memmio, ac perculsa omni nobilitate, ad Jugurtham proficiscitur; ei timido et ex conscientia diffidenti rebus suis persuadet, quoniam se populo Romano dedidisset, ne vim, quam misericordiam experiri mallet. Privatim praeterea fidem

„tet. Dann iſt es in einem Freiſtaate noch zu-
„träglicher, der guten, als böſen Thaten zu ver-
„geſſen; denn der gute Bürger wird, wenn man
„ſeiner nicht achtet, nur unthätiger: der Böſe
„aber ſtets verruchter. Endlich bedarf es da, wo
„keine Beleidigung auffodert, ſelten Hilfe.“

Durch dieſe und ähnliche oft wiederholte Vor- 32
ſtellungen beredete K. Memmius das römiſche Volk, den damaligen Prätor L. Kaſsius an Jugurtha zu ſenden, damit er ihn unter ſicherm Staatsgeleite nach Rom führte, und, durch des Königs Ausſage, die Verbrechen des Skaurus und der Uebrigen, die man wegen Beſtechung anklagte, deſto leichter entdeckt würden. Während dieſer Vorfälle in Rom folgten die von Beſtia in Numidien zurückgelaſſenen Befehlshaber des Heers dem Beiſpiele ihres Feldherrn, und verübten unzählige Schandthaten. Einige lieferten, vom Golde geblendet, dem Jugurtha die Elephanten aus: andere verkauften ihm die Ueberläufer; viele plünderten in friedlichen Gegenden. Solch eine Sucht von Geitz hatte ſie, wie eine Peſt, angeſteckt. Memmius überbrachte den Volksſchluſs; der Adel kam aus der Faſſung. Kaſsius reiſte zu Jugurtha, und beredete ihn, den Furcht und böſes Gewiſſen ängſteten, nach ſeiner Uebergabe lieber auf die Gnade des römiſchen Volkes zu bauen, als deſſen Macht zu reitzen. Er gab ihm noch ſein perſönliches Ehrenwort, wel-

suam interponit, quam ille non minoris, quam publicam ducebat. talis ea tempestate fama de Cassio.

33 Igitur Jugurtha, contra decus regium, cultu quam maxume miserabili, cum Cassio Romam venit.

Ac tametsi in ipso magna vis animi erat, confirmatus ab omnibus, quorum potentia aut scelere cuncta gesserat; C. Baebium tribunum plebis magna mercede parat, cujus impudentia contra jus et injurias omnis munitus foret.

At C. Memmius, advocata concione, quamquam Regi infesta plebes erat, et pars in vincula duci jubebat, pars ni socios sceleris aperiret, more majorum, de hoste supplicium sumi; dignitati, quam irae, magis consulens, sedare motus, et animos mollire; postremo confirmare, fidem publicam per sese inviolatam fore. post, ubi silentium coepit, producto Jugurtha, verba facit: Romae Numidiaeque facinora ejus memorat; scelera in patrem fratresque ostendit: quibus juvantibus quibusque ministris egerit, quamquam intelligat populus Romanus; tamen velle manifesta magis ex illo habere: si vera aperiret,

ches er nicht minder als die vom Staate zugeſicherte Amneſtie hochachtete. So ehrwürdig ſchien damals des Kaſsius Ruf.

Jugurtha kam alſo mit Kaſsius nach Rom: nicht 33 in der Pracht eines Königs; ſondern in einem Aufzuge, der Mitleid erwecken muſste. Er hatte ſelbſt Entſchloſſenheit des Geiſtes genug; doch beſtärkten ihn überdieſs alle, durch deren Macht und Bosheit er die oben erwähnten Laſter verübt hatte. Er beſtach den Volkstribun K. Bäbius durch theuren Sold; deſſen Unverſchämtheit ſollte ihn gegen Richterſprüche und jede Beleidigung decken. K. Memmius berief nun das Volk, das gegen den König aufgebracht war: denn einige wollten ihn in Ketten werfen: andere, wenn er nicht die Mitſchuldigen entdeckte, als ihren Feind nach Vätersitte hinrichten. Doch er ſah mehr auf Ehrgefühl, als Leidenſchaft; ſtillte den Aufruhr, beſänftigte ihren Unwillen, und betheuerte endlich, die vom Staate verbürgte Sicherheit müſste heilig ſeyn. Nun ſchwieg das Volk; Jugurtha ward vorgeführt, und Memmius begann ſeine Rede. Er ſchilderte die Unthaten, die Jugurtha in Rom und in Numidien verübt hatte; zeigte ſeine Verbrechen gegen Vater und Brüder; das römiſche Volk kenne zwar die Mithelfer und Knechte all dieſer Laſter, doch wolle es von ihm noch nähere Beweiſe hören. Wenn er die Wahrheit entdeckte, dürfte er sich

in fide et clementia populi Romani magnam spem illi sitam: sin reticeat, non sociis saluti fore; sed se suasque spes corrupturum.

34 Dein, ubi Memmius dicundi finem fecit, et Jugurtha respondere jussus est, C. Baebius, tribunus plebis, quem pecunia corruptum supra diximus, regem tacere jubet: ac tametsi multitudo, quae in concione aderat, vehementer accensa, terrebat eum clamore, voltu, saepe impetu atque aliis omnibus, quae ira fieri amat: vicit tamen impudentia. Ita populus ludibrio habitus ex concione discessit: Jugurthae Bestiaeque et ceteris, quos illa quaestio exagitabat, animi augescunt.

35 Erat ea tempestate Romae Numida quidam, nomine Massiva, Gulussae filius, Masinissae nepos: qui, quia in dissensione regum, Jugurthae advorsus fuerat, dedita Cirta, et Adherbale interfecto, profugus ex Africa abierat.

Huic Sp. Albinus, qui proxumo anno post Bestiam cum Q. Minucio Rufo Consulatum gerebat, persuadet, quoniam ex stirpe Masinissae sit, Jugurthamque ob scelera invidia cum metu urgeat; regnum Numidiae ab Senatu petat. Avidus Consul belli gerundi movere, quam senescere omnia

von der Treue und Gnade des römischen Volkes vieles versprechen: wenn er sie verschwiege, würde er, ohne seine Vertrauten zu retten, nur sich selbst ohne weitere Hoffnung zu Grunde richten.

Als Jugurtha nach der Rede des Memmius zur 34
Antwort aufgefodert ward, befahl der Volkstribun Bäbius, der, wie ich sagte, bestochen war, dem König, zu schweigen. Ob ihn gleich die bei der Versammlung gegenwärtige Menge voll Ingrimm, durch Geschrei, Mienen, Hinstürmen, und jeden Ausbruch des Zorns schreckte, siegte doch seine Unverschämtheit. Das so verhöhnte Volk wich aus der Versammlung; und Jugurtha, Bestia, und andere, die diese Untersuchung ängstete, fassten neuen Muth.

Es befand sich um diese Zeit ein Numide zu 35
Rom, der Massiva hiess, und ein Sohn des Gulussa und Enkel des Masinissa war. Er hatte sich bei der Zwietracht der Könige, als Jugurtha's Gegner, nach der Uebergabe Cirta's und Adherbals Ermordung, aus Afrika geflüchtet. Spurius-Albinus, der das folgende Jahr nach Bestia mit Q. Minucius Rufus Konsul war, beredete ihn, er sollte, weil er von Masinissa stammte, und den Verbrecher Jugurtha Hass und Furcht drängte, bei dem Senate um Numidiens Thron werben. Der kriegssüchtige Konsul wünschte lieber Zerrüttung, als erschlaf-

malebat. ipsi provincia Numidia; Minucio Macedonia evenerat. Quae postquam Massiva agitare coepit, neque Jugurthae in amicis satis praesidii est: quod eorum alium conscientia, alium mala fama et timor impediebat: Bomilcari, proxumo ac maxume fido sibi, imperat, pretio, sicuti multa confecerat, insidiatores Massivae paret, ac maxume occulte: sin id parum procedat, quovis modo Numidam interficiat.

Bomilcar mature regis mandata exsequitur: et per homines talis negotii artifices itinera egressusque ejus, postremo loca atque tempora cuncta explorat: deinde, ubi res postulabat, insidias tendit. Igitur unus ex eo numero, qui ad caedem parati erant, paullo inconsultius Massivam adgreditur, illum obtruncat: sed ipse deprehensus, multis hortantibus et in primis Albino consule, indicium profitetur. Fit reus magis ex aequo bonoque, quam ex jure gentium, Bomilcar, comes ejus, qui Romam fide publica venerat.

At Jugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit contra verum niti, quam animum advortit, supra gratiam atque pecuniam suam invidiam facti esse. Igitur, quamquam in priore actione ex amicis quinquaginta vades dederat; regno magis, quam vadibus consulens, clam in

fende Ruhe. Ihm fiel die Provinz Numidien, dem Minucius Macedonien zu. So bald Mafsiva diefen Verfuch wagte, und Jugurtha bei feinen Freunden, die böfes Gewiffen, oder übler Nachruhm und Herzensangft verlegen machte, nicht mehr Schutzes genug fand, fo befahl er Bomilkarn, feinem innigften, trauteften Diener, nach fo vielen Thaten nun auch gegen Mafsiva Banditen um Geld, und zwar in geheimfter Stille zu dingen: oder, wenn das nicht gelänge, den Numiden, wie immer, aus dem Wege zu räumen. Bomilkar vollzieht den Auftrag des Königs fchleunig. Er fpähte durch geübte Häfcher alle feine Schritte und Tritte, Ort und Zeit aus, und ftellt ihm dann bei günftiger Gelegenheit die Falle. Doch einer der gedungenen Banditen greift Mafsiva zu unbehutfam an: er tödtet ihn zwar, wird aber felbft gepackt, und durch die Zurede Vieler, und vorzüglich durch Konful Albinus zum Geftändniffe gebracht. Man fodert ihn vor das Gericht: diefs erlaubte zwar Gefetz und Billigkeit, aber nicht das Völkerrecht; denn Bomilkar war der Gefährte desjenigen, der unter sicherem Geleite nach Rom kam. So offenbar auch Jugurtha diefer Greulthat überzeugt war, kämpfte er doch lange gegen Wahrheit, bis er merkte, dafs die Verruchtheit folch eines Verbrechens Partheigeift und Geld überftieg. Er lieferte zwar bei der erften Anklage funfzig Freunde als Geiffeln aus: doch achtete er mehr auf fein Reich, als die Bürgen,

Numidiam Bomilcarem dimittit: veritus, ne reliquos popularis metus invaderet parendi sibi, si de illo supplicium sumptum foret. Et ipse paucis diebus profectus est, jussus ab Senatu Italia decedere.

Sed postquam Roma egressus est, fertur saepe eo tacitus respiciens, postremo dixisse: „urbem „venalem et mature perituram, si emtorem in„venerit.“

36 Interim Albinus, renovato bello, commeatum, stipendium, alia, quae militibus usui forent, maturat in Africam portare; ac statim ipse profectus, uti ante comitia, quod tempus haud longe aberat, armis aut deditione, aut quovis modo bellum conficeret.

At contra Jugurtha trahere omnia, et alias, deinde alias morae caussas facere: polliceri deditionem, ac deinde metum simulare: instanti cedere, et paullo post, ne sui diffiderent, instare: ita belli modo, modo pacis mora Consulem ludificare.

Ac fuere, qui tum Albinum haud ignarum consilii regis existumarent; neque ex tanta properantia tam facile tractum bellum secordia ma-

und ſendete Bomilkar in geheim nach Numidien. Er fürchtete, ſeine übrigen Unterthanen möchten ihm aus Scheue nicht mehr gehorchen, wenn dieſer mit dem Tode beſtraft würde; der Senat geboth ihm ſelbſt nach wenigen Tagen Italien zu verlaſſen: und ſo reiſte er bald in ſein Reich zurück. Er blickte auſserhalb Rom, wie man erzählt, oft ſtille zurück, und rief endlich aus: „Die Stadt iſt feil: „sie muſs bald ſtürzen, wenn sie einen Käufer „findet.“

Der Krieg begann alſo auf das neue, und Al- 36
binus lieſs eilig Lebensmittel, Geld und andere Kriegsbedürfniſſe nach Afrika bringen: er zog ſelbſt gleich dahin, um den Krieg noch vor dem nahen Wahltage durch Tapferkeit, oder Uebergabe, oder wie immer zu enden. Doch Jugurtha zog die Sache in die Länge hinaus, und brauchte hundert Kniffe, um Zeit zu gewinnen. Bald verſprach er die Uebergabe; bald ſtellte er sich furchtſam; itzt wich er vor dem verfolgenden Feinde zurück; gleich drängt er, um die Seinigen nicht muthlos zu machen, ſelbſt wieder auf ihn ein. So täuſchte er den Konſul durch Aufſchub des Krieges, oder Verzögerung des Friedens. Einige glaubten damals, Albinus hätte den Plan des Königs gewuſst; und sie konnten sich nicht überzeugen, daſs ein ſo raſch angefangener Krieg vielmehr durch Unthätigkeit, als Verrätherei, hinaus-

gis, quam dolo crederent. Sed postquam, dilapso tempore, comitiorum dies adventabat; Albinus, Aulo fratre in castris pro Praetore relicto, Romam decessit.

37 Ea tempestate Romae seditionibus tribuniciis atrociter respublica agitabatur. P. Lucullus et L. Annius, tribuni plebis, resistentibus collegis, continuare magistratum nitebantur: quae dissensio totius anni comitia impediebat.

Ea mora in spem adductus Aulus, quem pro Praetore in castris relictum supra diximus, aut conficiundi belli, aut terrore exercitus ab rege pecuniae capiundae, milites mense Januario ex hibernis in expeditionem evocat; magnis itineribus, hieme aspera, pervenit ad oppidum Suthul, ubi regis thesauri erant.

Quod quamquam et saevitia temporis, et opportunitate loci neque capi, neque obsideri poterat: (nam circum murum, situm in praerupti montis extremo, planities limosa hiemalibus aquis paludem fecerat) tamen, aut simulandi gratia, quo regi formidinem adderet, aut cupidine caecus, vineas agere, aggerem jacere, alia, quae incepto usui forent, properare.

gedehnt ward. Indefs verflofs fo die Zeit; der Wahltag erfchien; Albinus liefs feinen Bruder Aulus an Prätors Statt im Lager zurück, und reifte nach Rom.

Das Vaterland ward um diefe Zeit durch die Aufruhr der Volkstribunen in Rom heftig erfchüttert. P. Lucullus und L. Annius, die Volkstribunen, fuchten, trotz dem Widerftande der Amtsgehilfen, ihre Würde noch länger zu behaupten. Diefe Zwietracht hinderte die Komitien des ganzen Jahres. Diefes Zögern erregte bei dem an Prätors Statt zurückgelaffenen Aulus Hoffnung, den Krieg zu enden, oder durch fein furchtbares Heer vom König Geld zu erzwingen. Er ruft alfo im Monat Jenner feine Krieger aus dem Winterlager zum Feldzuge: dringt auf langen Märfchen bei ftrengem Winter bis nach der Stadt Suthul vor, wo die Königsfchätze lagen. Diefe Vefte konnte bei der feindlichen Witterung, und ihrer vortheilhaften Lage, weder erftürmt, noch umlagert werden; denn rings um die Mauer, die sich am Fufse des fteilen Berges herumzog, war die fumpfige Ebne durch die Wintergewäffer zu einer See geworden; doch liefs er, entweder den König durch ein Strategem zu fchrecken, oder aus blindem Geitze, die Schätze der Stadt zu plündern, Sturmdächer näher rücken, Schanzen aufwerfen, und alle zu feinem Unternehmen nöthige Bedürfniffe fchleunig herbeifchaffen. 37

38 At Jugurtha, cognita vanitate atque imperitia legati, subdolus augere amentiam: missitare supplicantis legatos: ipse, quasi vitabundus, per saltuosa loca et tramites exercitum ductare.

Denique Aulum spe pactionis perpulit, uti, relicto Suthule, in abditas regiones sese, veluti cedentem, insequeretur. ita delicta occultiora fore.

Interea per homines callidos die noctuque exercitum tentabat: centuriones ducesque turmarum, partim uti transfugerent, alii, signo dato, locum uti desererent.

Quae postquam ex sententia instruit, intempesta nocte, de improviso multudine Numidarum Auli castra circumvenit.

Milites Romani, tumultu perculsi insolito, arma capere alii, alii se abdere, pars territos confirmare; trepidare omnibus locis: vis magna hostium, coelum nocte atque nubibus obscuratum; periculum anceps: postremo fugere, an manere, tutius foret, in incerto erat. Sed ex eo numero, quos paullo ante corruptos diximus, cohors una Ligurum, cum duabus turmis Thracum, et paucis gregariis militibus, transiere ad

Jugurtha durchſchaute bald den eiteln Stolz 38
und die Unerfahrenheit des Legaten, und war ſchlau genug, ſeinen Unsinn noch mehr zu reitzen. Er lieſs bei ihm durch Geſandte wieder und wieder um Gnade flehen, und zog wie ein Flüchtling mit ſeinem Heere durch Waldgegenden und rauhe Wege. Endlich lockte er den Aulus, unter dem Scheine der Uebergabe, daſs er Suthul verlieſs, und ihn, als wenn er vor ihm wich, bis in abgelegene Oerter verfolgte: er hoffte, die Verbrechen ſo ſicherer einzuhüllen. Indeſs ruhte er Tage und Nächte nicht, das Römerheer durch liſtgewandte Späher zu verſuchen. Er beſtach die Hauptleute und Rottenführer, zu ihm über zu gehen: andere aber auf gegebenes Zeichen ihren Poſten zu verlaſſen. Als ihm der ganze Entwurf nach Wunſch gelungen war, umringt er plötzlich bei finſterer Nacht mit einer ſtarken Macht von Numiden das Lager des Aulus. Die Römerkrieger waren bei dem überraſchenden Getümmel beſtürzet; einige griffen zu den Waffen; andere verkrochen sich; einige ermunterten die Verzagten; Verwirrung herrſchte überall. Die Macht der Feinde war furchtbar; Nacht und ſchwarze Wolken hüllten den Himmel ein: Gefahr drohte von allen Seiten. Fliehen oder Stand halten, ſchien gleich miſslich. Von den vorerwähnten Beſtochenen gieng eine Kohorte Ligurer mit zwei Thrazierrotten und wenigen Gemeinen zum Könige über; der erſte Haupt-

regem: et centurio primi pili tertiae legionis per munitionem, quam, uti defenderet, acceperat, locum hostibus introeundi dedit: eaque Numidae cuncti irrupere. Nostri foeda fuga, plerique abjectis armis, proxumum collem occupavere. Nox atque praeda castrorum hostes, quo minus victoria uterentur, remorata sunt. Dein Jugurtha postero die cum Aulo in colloquio verba facit: tametsi ipsum cum exercitu fame, ferro clausum teneret: tamen se humanarum rerum memorem; si secum foedus faceret, incolumis omnis sub jugum missurum: praeterea, uti diebus decem Numidia decederet.

Quae quamquam gravia et flagitii plena erant: tamen, quia mortis metu urgebantur, sicuti regi libuerat, pax convenit.

39 Sed ubi ea Romae comperta sunt, metus atque moeror civitatem invasere: pars dolere pro gloria imperii: pars insolita rerum bellicarum timere libertati: Aulo omnes infesti, ac maxume, qui bello saepe praeclari fuerant; quod armatus dedecore potius, quam manu, salutem quaesiverat.

Ob ea Consul Albinus ex delicto fratris invi-

mann der dritten Legion öffnete dem Feinde die Schanze, die er vertheidigen sollte: und da brachen alle Numiden ein. Die Unsrigen flohen schändlich, warfen die Waffen weg, und retteten sich auf den nächsten Hügel. Nacht und Beutesucht hinderten die Feinde, ihren Sieg zu benutzen. Folgendes Tages sprach Jugurtha in einer Unterredung so zum Aulus: „er halte ihn mit seinem „Heere durch Hunger und Schwert zwar einge„schlossen: doch erinnere er sich an das Loos der „Menschheit. Wenn er mit ihm ein Bündniss „schlösse, und sie Alle zuvor durch das Joch gien„gen, dann wollte er ihnen das Leben schenken, „mit dem Bedinge, dass er innerhalb zehn Tagen „aus Numidien entwich.“ Der Antrag war hart und schändlich; doch bebten sie zaghaft vor dem Tode; und so kam der Friede nach des Königs Wunsche zu Stande.

So bald diese Nachricht in Rom erscholl, er- 39
füllte Furcht und Trauer die ganze Stadt. Einige kränkte die beleidigte Ehre des Reiches; andere, zu unbekannt mit dem Kriegswesen, zitterten für ihre Freiheit; aber Alle verfluchten den Aulus: vorzüglich zürnten diejenigen, die sich schon oft im Kriege ausgezeichnet hatten, dass er, die Waffen in der Hand, seine Rettung lieber durch Schande, als Tapferkeit suchte. Konsul Albinus fürchtete sich, durch das Vergehen des Bruders,

diam, ac deinde periculum timens, Senatum de foedere consulebat. et tamen interim exercitui supplementum scribere: ab sociis et nomine Latino auxilia arcessere: denique modis omnibus festinare. Senatus ita, uti par fuerat, decernit, „suo atque populi injussu nullum potuisse „foedus fieri.

Consul impeditus a tribunis plebis, ne, quas paraverat copias, secum portaret, paucis diebus in Africam proficiscitur. nam omnis exercitus, uti convenerat, Numidia deductus, in provincia hiemabat. Postquam eo venit: quamquam persequi Jugurtham et mederi fraternae invidiae animus ardebat; cognitis militibus, quos praeter fugam, soluto imperio, licentia atque lascivia corruperat, ex copia rerum statuit, nihil sibi agitandum.

40 Interea Romae C. Mamilius Limetanus tribunus plebis rogationem ad populum promulgat, uti quaereretur in eos, quorum consilio Jugurtha Senati decreta neglegisset; quique ab eo in legationibus, aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, quique perfugas tradidissent; item, qui de pace, aut bello cum hostibus pactiones fecissent.

Haſs und auch noch Gefahr zuzuziehen. Er machte alſo wegen dieſem Bündniſſe im Senate den Vortrag. Doch warb er zugleich Krieger, das Heer zu ergänzen; berief von den Verbündeten und Lateinern Hilfstruppen, und eilte auf alle mögliche Weiſe. Der Senat faſste den gerechten Schluſs ab: „Man habe ohne ſeine und des Volkes Voll-„macht nie ein Bündniſs ſchlieſsen können.“ Die Volkstribunen hinderten den Konſul, die geworbenen Truppen mit ſich zu führen: und ſo reiſte er in wenigen Tagen nach Afrika. Denn das ganze Heer hatte, gemäſs dem Vertrage, Numidien verlaſſen, und überwinterte in der Provinz. Schon bei ſeiner Ankunft war es ſein feuriger Wunſch, Jugurtha zu verfolgen, und den Haſs gegen ſeinen Bruder zu lindern: doch er ſah, daſs die Soldaten nicht nur durch die Flucht, ſondern durch ſchlechte Mannszucht, Zügelloſigkeit und Ausſchweifung ganz verdorben ſeien, und fand es bei dieſer Lage für gut, nichts zu unternehmen.

Indeſs brachte K. Mamilius Limetanus, der 40
Volkstribun zu Rom, an das Volk den Vorſchlag: man möchte genau unterſuchen, wer den Jugurtha gegen die Befehle des Senats aufregte; wer von ihm, als Geſandter oder Heersführer, Geld annahm; wer die Elephanten, wer die Ueberläufer auslieferte; wer endlich mit den Feinden über Krieg oder Frieden unterhandelte.

Huic rogationi partim conscii sibi, alii ex partium invidia pericula metuentes, quoniam aperte resistere non poterant, quin illa et alia talia placere sibi faterentur; occulte per amicos, ac maxume per homines nominis Latini et socios Italicos impedimenta parabant.

Sed plebes, incredibile memoratu est, quam intenta fuerit, quantaqne vi rogationem jusserit, decreverit, voluerit: magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quam cura reipublicae. tanta lubido in partibus.

Igitur ceteris metu perculsis, M. Scaurus, quem legatum Bestiae supra docuimus, inter laetitiam plebis, et suorum fugam, trepida etiam tum civitate, cum ex Mamilia rogatione tres quaesitores rogarentur, effecerat, uti ipse in eo numero crearetur. Sed quaestio exercita aspere violenterque ex rumore, et lubidine plebis. ut saepe nobilitatem, sic ea tempestate plebem ex secundis rebus insolentia ceperat.

41 Ceterum mos partium (popularium et Senati factionum), ac deinde omnium malarum artium paucis ante annis Romae ortus, otio et abundantia earum rerum, quae prima mortales ducunt.

Viele hatten ein böſes Gewiſſen; andere fürchteten die Erbitterung der Partheien, wagten alſo, um ſich nicht für dieſe oder jene Meinung zu erklären, keinen offenbaren Widerſtand, und ſuchten in geheim, durch Freunde, und vorzüglich durch Lateiner und Italiens Verbündete, entgegen zu kämpfen. Allein das Volk foderte, geboth, und beſchloſs mit unerhörter Anſtrengung und Gewalt die Durchſetzung des Vorſchlags, freilich mehr aus Haſs gegen den Adel, dem es zu ſchaden ſuchte, als aus Liebe zum Vaterlande. So leidenſchaftlich wütheten die Partheien.

Alle zagten vor Furcht. Doch Markus Skaurus, der obenerwähnte Legat Beſtia's, brachte es, ungeachtet der Freude des Volkes, und der Flucht ſeiner Parthei in dem zerrütteten Staate dahin, daſs man ihn unter den drei, vom Mamilianiſchen Vorſchlage beſtimmten Richtern ernannte. Allein die Unterſuchung geſchah ſtrenge und gewaltthätig, ganz nach dem Gerüchte und der Laune des Pöbels, der itzt bei dem glücklichen Vorfalle, wie ſonſt der Adel, übermüthig ward.

Nur wenige Jahre vorher entſtanden aus Ruhe 41
und dem Ueberfluſſe der Güter, welche Sterbliche als ihr höchſtes Glück anbethen, zu Rom Partheien im Volke, Faktionen im Senate, und alle daraus folgenden Unordnungen.

Nam ante Carthaginem deletam populus et Senatus Romanus placide modesteque inter se rempublicam tractabant: neque gloriae, neque dominationis certamen inter civis erat: metus hostilis in bonis artibus civitatem retinebat. Sed ubi formido illa mentibus discessit; illico ea, quae secundae res amant, lascivia atque superbia incessere. Ita, quod in advorsis rebus optaverant, otium, postquam adepti sunt, asperius, acerbiusque fuit. Namque coepere nobilitas dignitatem, populus libertatem in lubidinem vertere: sibi quisque ducere, trahere, rapere. Ita omnia in duas partes abstracta sunt. respublica, quae media fuerat, dilacerata. Ceterum nobilitas factione magis pollebat: plebis vis soluta atque dispersa, in multitudine minus poterat: paucorum arbitrio belli domique respublica agitabatur: penes eosdem aerarium, provinciae, magistratus, gloriae triumphique erant: populus militia atque inopia urgebatur; praedas bellicas imperatores cum paucis diripiebant.

Interea parentes, aut parvi liberi militum, ut quisque potentiori confinis erat, sedibus pellebantur. Ita cum potentia avaritia, sine modo modestiaque invadere; polluere et vastare omnia; nihil pensi, neque sancti habere, quoad semet ipsa praecipitavit. Nam ubi primum ex nobili-

Vor Karthago's Zerstörung verwaltete das Römervolk und der Senat den Staat in geselliger Gelassenheit und Mäſsigung. Bürger haderten nicht um Vorzug und Herrschsucht. Furcht vor dem Feinde erhielt den edlen Bürgersinn. Kaum war dieses Schrecken verschwunden, so griffen die geliebten Gefährtinnen des Glückes, Wollust und Stolz, um sich. Die im Bedrängnisse so sehnlich gewünschte, und endlich erhaltene Ruhe war noch herber und bitterer; denn der Adel miſsbrauchte seine Würde, das Volk seine Freiheit. Stehlen, Rauben, Plündern ward allgemeine Sitte. So zerfiel alles in zwei Partheien, und das von beiden Theilen verlassene Vaterland blutete. Der Adel wirkte durch seine enggeschlossene Rotte mächtiger: indeſs sich die aufgelöste, in zu viele Glieder vertheilte Volksmacht entkräftete. Der Staat ward nach dem Winke der Oligarchen im Frieden und Kriege beherrscht. Ihnen stand der Schatz, Provinzen, Staatswürden, Ruhm und Siegesgepränge zu Gebothe: das Volk seufzte unter Kriegesdienste und Armuth; aber die Beute rissen die Imperatoren und wenige Edlinge an sich. Die Aeltern oder kleinen Kinder der Krieger wurden von mächtigen Nachbarn aus ihrem Eigenthume gejagt. Geitz, von Macht unterstützt, griff ohne Maſs und Scham um sich; befleckte und verwüstete alles; nichts war ihm theuer, nichts heilig; bis er sich endlich selbst in das Verderben stürzte. So bald vom Adel

tate reperti sunt, qui veram gloriam injustae potentiae anteponerent; moveri civitas, et dissensio civilis, quasi permixtio terrae, oriri coepit.

42 Nam postquam Tiberius et C. Gracchus, quorum majores Punico atque aliis bellis multum reipublicae addiderant, vindicare plebem in libertatem et paucorum scelera patefacere coepere: nobilitas noxia, atque eo perculsa, modo per socios ac nomen Latinum, interdum per equites Romanos, quos spes societatis a plebe dimoverat, Gracchorum actionibus obviam ierat; et primo Tiberium, dein paucos post annos eadem ingredientem Cajum, Tribunum alterum, alterum Triumvirum coloniis deducendis, cum M. Fulvio Flacco ferro necaverant. Et sane Gracchis, cupidine victoriae, haud satis moderatus animus fuit. Sed bono vinci satius est, quam malo more injuriam vincere.

Igitur ea victoria nobilitas ex lubidine sua usa, multos mortalis ferro, aut fuga exstinxit, plusque in reliquum sibi timoris, quam potentiae, addidit. Quae res plerumque magnas civitatis pessum dedit: dum alteri alteros vincere quovis modo; et victos acerbius ulcisci volunt.

Sed de studiis partium et omnibus civitatis moribus si singulatim, aut pro magnitudine pa-

Männer aufſtanden, die ächten Ruhm ungerechter Macht vorzogen, ſo empörte ſich die Stadt; und Bürgeraufruhr barſt wie ein Chaos.

Nachdem Tiber und K. Gracchus, deren Väter 42
den Staat im puniſchen und andern Kriegen vergröſsert hatten, das Volk in Freiheit ſetzten, und die Verbrechen der Oligarchen aufdeckten, ward der ſchuldige Adel darüber entrüſtet, und arbeitete bald durch Verbündete und Latiens Macht, bald durch römiſche Ritter, welche die Hoffnung der Verbrüderung vom Volke trennte, den Verſuchen der Gracchen entgegen. Zuerſt richtete er den Volkstribun Tiberius, wenige Jahre nachher Kajus, den eben ſo gesinnten Dreimann der abzuführenden Pflanzer, ſamt dem Fulvius Flakkus, durch den Morddolch hin. Freilich ſchlug den Gracchen aus Siegesgierde das Herz zu leidenſchaftlich: doch der Edle will lieber besiegt ſeyn, als über Beleidigung durch ſchlechte Wege siegen. Der Adel miſsbrauchte den Sieg nach ſeiner Leidenſchaft; vertilgte viele Feinde durch Schwert oder Aechtung, und gewann für die Zukunft mehr durch Schreckensſyſtem, als durch Macht: ein Gebrechen, das die meiſten groſsen Staaten zertrümmerte, wenn Parthei über Parthei, wie immer, siegen will, und an den Besiegten grauſame Rache nimmt. Wollte ich vom Rottengeiſte und den Staatsgebrechen insbeſondere und verhältniſsmäſsig reden, ſo

rem disserere, tempus, quam res, maturius deserat. Quamobrem ad inceptum redeo.

43 Post Auli foedus exercitusque nostri foedam fugam, Q. Metellus et M. Silanus Consules designati provincias inter se partiverant; Metelloque Numidia evenerat, acri viro, et quamquam advorso populi partibus, fama tamen aequabili et inviolata. Is ubi primum magistratum ingressus est, alia omnia sibi cum collega ratus, ad bellum, quod gesturus erat, animum intendit.

Igitur diffidens veteri exercitui, milites scribere, praesidia undique arcessere: arma, tela, equos, cetera instrumenta militiae parare: ad hoc commeatum affatim: denique omnia, quae bello vario et multarum rerum egenti usui esse solent.

Ceterum ad ea patranda Senati auctoritate socii nomenque Latinum, reges ultro auxilia mittere: postremo omnis civitas summo studio adnitebatur.

Itaque, ex sententia omnibus rebus paratis compositisque, in Numidiam proficiscitur, magna spe civium, cum propter bonas artes, tum maxume, quod advorsum divitias animum invictum gerebat: et avaritia magistratuum ante id

würde mir eher Zeit, als Stoff fehlen. Ich kehre alſo zu meinem Gegenſtande.

Metellus und Silanus, die ernannten Konſuln, 43
theilten, nach dem Bündniſſe des Aulus und der ſchändlichen Flucht unſers Heeres, die Provinzen unter ſich. Numidien fiel Metellus zu, einem thatenrüſtigen Manne, der zwar die Volksrotten haſste, aber ſtets einen gleichen, tadelloſen Charakter behauptete. Kaum trat er ſein Amt an, ſo theilte er mit ſeinem Gehilfen jede andere Pflicht, und richtete ſeinen Blick vorzüglich auf ſeinen Krieg. Er miſstraute dem alten Heere, warb neue Krieger, zog von allen Seiten Hilfsvolker an ſich, verſah ſich mit Wehre und Waffen, Roſſen und jeder Kriegsrüſtung, mit Ueberfluſſe an Lebensmitteln, und allen Bedürfniſſen, die ein ſo miſslicher, weitausſehender Krieg foderte. Der Senat unterſtützte ſein Unternehmen durch Anſehen: die Verbündeten, Latiens Macht und Könige, durch freiwillige Hilfsvölker; der ganze Staat endlich durch raſtloſen Eifer. Als alles nach Wunſch bereitet und beſtellet war, reiſte er nach Numidien. Die Bürger verſprachen ſich von ihm ſchon wegen ſeinen übrigen Tugenden all das Beſte; vorzüglich aber in der Hinſicht, weil er ſtets dem Reichthume ein unbeſtechliches Herz entgegenſetzte, und vorhin unſere Macht in Numidien nur durch den Geitz un-

tempus in Numidia nostrae opes contusae, hostiumque auctae erant.

44 Sed ubi in Africam venit, exercitus ei traditur Sp. Albini pro Consule iners; imbellis, neque periculi, neque laboris patiens, lingua, quam manu, promtior, praedator ex sociis, et ipse praeda hostium, sine imperio et modestia habitus. Ita imperatori novo plus ex malis moribus sollicitudinis, quam ex copia militum auxilii, aut spei bonae accedebat.

Statuit tamen Metellus, quamquam et aestivorum tempus comitiorum mora imminuerat, et exspectatione eventi civium animos intentos putabat, non prius bellum adtingere, quam, majorum disciplina, milites laborare coëgisset.

Nam Albinus, Auli fratris exercitusque clade perculsus, postquam decreverat non egredi provincia, quantum temporis aestivorum in imperio fuit, plerumque milites stativis castris habebat: nisi cum odos, aut pabuli egestas locum mutare subegerat.

Sed neque more militari vigiliae deducebantur: uti cuique lubebat, ab signis aberat. lixae permixti cum militibus die noctuque vagabantur,

ſerer Groſsen geſchwächt, und die der Feinde verſtärkt ward.

Spurius Albinus, der Prokonſul, trat ihm bei 44
ſeiner Ankunft in Afrika das Heer ab. Unthätig, feig, arbeit- und gefahrſcheu, mehr in Worten als Thaten groſs, plünderte es die Verbündete, lieſs sich ſelbſt vom Feinde plündern, und kannte weder Zucht, noch Ordnung. Dieſe Verdorbenheit erregte dem neuen Feldherrn mehr Sorge, als ihm die Anzahl der Krieger Hilfe oder Hoffnung verſprach. Obgleich die Verzögerung der Komitien den Sommerfeldzug beſchränkt hatte; obgleich Metellus überzeugt war, daſs alle Bürger vor Erwartung des Ausganges geſpannt wären, wollte er doch nicht eher den Krieg verſuchen, als bis er die Soldaten nach Väterzucht durch Arbeit abgehärtet hätte.

Denn Albinus, durch die Niederlage des Bruders Aulus und des Heeres geſchreckt, hatte beſchloſſen, ſo lange er den Sommer durch Feldherr war, nimmer aus der Provinz zu weichen, und er hielt ſeine Krieger meiſtens im Standlager, wenn ihn nicht ſieche Luft oder Nahrungmangel an einen andern Ort hinzwang. Man ſtellte, gemäſs der Kriegssitte, nicht einmal Wachen aus. Jeder wich nach Belieben von ſeiner Fahne. Troſs und Krieger ſchwärmten Tag und Nacht im Gemenge

et palantes agros vastare, villas expugnare, pecoris et mancipiorum praedas certantes agere: eaque mutare cum mercatoribus vino advectitio, et aliis talibus: praeterea, frumentum publice datum vendere, panem in dies mercari: postremo, quaecumque dici aut fingi queunt ignaviae luxuriaeque probra, in illo exercitu cuncta fuere, et alia amplius.

45 Sed in ea difficultate Metellum non minus, quam in rebus hostilibus, magnum et sapientem virum fuisse comperior. tanta temperantia inter ambitionem saevitiamque moderatum.

Namque edicto primum adjumenta ignaviae sustulisse, ne quisquam in castris panem, aut quem alium coctum cibum venderet: ne lixae exercitum sequerentur; ne miles gregarius in castris, neve in agmine servum aut jumentum haberet: ceteris arte modum statuisse. praeterea transvorsis itineribus quotidie castra movere, juxta, ac si hostes adessent, vallo atque fossa munire, vigilias crebras ponere, et ipse cum legatis circumire: item in agmine in primis modo, modo in postremis, saepe in medio adesse, ne quispiam ordine egrederetur, uti cum signis frequentes incederent, miles cibum et arma por-

umher: verheerten in Horden das Land, plünderten Güter, erbeuteten zur Wette Heerden und Sklaven, und tauſchten ſie Händlern um fremde Weine und andere Waaren aus. Sie verkauften das vom Staate gereichte Getreide, und kauften ſich Brod für jeden einzelnen Tag. Kurz, jede Schandthat von Feigheit und Schwelgſucht, die ſich nennen oder denken läſst, jeder Greul brandmarkte dieſes Heer.

Ich finde Metellus in dieſer miſslichen Lage 45
nicht weniger groſs und weiſe, als bei ſeinen übrigen Heldenthaten: ſo ſehr wuſste er zwiſchen Anſehen und Härte das Mittel zu treffen. Gleich anfangs entfernte er durch ein Geboth jede Gelegenheit zur Weichlichkeit. „Niemand durfte im Lager Brod oder einer andere gekochte Speiſe verkaufen; kein Troſs dem Heere folgen: der gemeine Soldat weder im Lager, noch auf dem Marſche Sklaven oder Laſtthiere halten.“ Den Uebrigen erlaubte er nur mäſsige Freiheiten. Er rückte täglich nach verſchiedenen Seiten mit dem Lager auf, befeſtigte es, wie vor dem nahen Feinde, mit Wall und Graben; ſtellte zahlreiche Wachen aus; machte bei ihnen mit den Legaten ſelbſt die Runde; ſtand bei dem Zuge bald in den Vorderreihen, bald in dem Nachtrabe, bald in der Mitte: keiner durfte aus dem Gliede treten; Alle muſsten geſchloſſen der Fahne folgen, und Lebensmittel und

taret. Ita prohibendo a delictis magis, quam vindicando, exercitum brevi confirmavit.

46 Interea Jugurtha, ubi, quae Metellus agebat, ex nunciis accepit; simul de innocentia ejus certior Romae factus: diffidere suis rebus, ac tum demum veram deditionem facere conatus est. Igitur legatos ad consulem cum suppliciis mittit, qui tantummodo ipsi liberisque vitam peterent, alia omnia dederent populo Romano.

Sed Metello jam antea experimentis cognitum erat genus Numidarum infidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum. Itaque legatos alium ab alio divorsos adgreditur; ac paullatim tentando, postquam opportunos cognovit, multa pollicendo persuadet, uti Jugurtham maxume vivum, sin id parum procedat, necatum sibi traderent: ceterum palam, quae ex voluntate forent, regi nunciari jubet.

Deinde ipse paucis diebus intento, atque infesto exercitu, in Numidiam procedit: ubi, contra belli faciem, tuguria plena hominum, pecora cultoresque in agris: ex oppidis et mapalibus praefecti Regis obvii procedebant, parati frumentum dare, commeatum portare, postremo omnia, quae imperarentur, facere. Neque Me-

Waffen selber tragen. So stärkte er in kurzer Zeit das Heer mehr durch Zurückhaltung von Unordnungen, als durch Strafen.

Als Jugurtha des Metellus Anstalten durch 46
Späher erfuhr, ward ihm vor dem Manne, dessen Tugend er schon in Rom kennen lernte, bei seiner Lage bange, und er sann nun endlich auf ernstliche Uebergabe. Er schickte also an den Konsul Gesandte mit der Bitte: Man möchte ihm und seinen Kindern nur das Leben zusichern; das Uebrige wolle er dann alles dem römischen Volke übergeben. Metellus kannte schon durch frühere Erfahrung die Untreue, den Unbestand, die Empörungsucht der Numiden: er geht also einen Gesandten nach dem andern einzeln an; versuchet und beredet sie, nachdem er sie geneigt fand, durch ansehnliche Versprechen, den Jugurtha lebendig, oder, wenn diess misslänge, todt auszuliefern. Bei einer öffentlichen Unterredung giebt er ihnen aber günstige Aufträge an ihren König mit. Nach wenigen Tagen rückt er selbst mit einem abgehärteten, Rache dürstenden Heere in Numidien ein. Es zeigte sich hier keine Kriegsscene; die Hütten waren bewohnt; die Felder von Heerden und Arbeitern bedeckt. Königliche Beamte zogen ihm aus Städten und Dörfern entgegen: sie waren bereit, ihm Getreide zu überreichen, Lebensmittel herbei zu schaffen, und jedem Befehle zu gehorchen. Metel-

tellus idcirco minus, sed pariter, ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare omnia, illa deditionis signa ostentui credere, et insidiis locum tentari. Itaque ipse cum expeditis cohortibus, item funditorum et sagittariorum delecta manu apud primos erat; in postremo C. Marius legatus cum equitibus curabat: in utrumque latus auxiliarios equites tribunis legionum et praefectis cohortium dispertiverat, uti cum his permixti velites, quocumque accederent, equitatus hostium propulsarent.

Nam in Jugurtha tantus dolus, tantaque peritia locorum et militiae erat, uti, absens, an praesens, pacem, an bellum gerens perniciosior esset, in incerto haberetur.

47 Erat haud longe ab eo itinere, quo Metellus pergebat, oppidum Numidarum, nomine Vaga, forum rerum venalium totius regni maxume celebratum; ubi et incolere, et mercari consueverant Italici generis multi mortales. Huc Consul, simul tentandi et opperiundi gratia, si paterentur opportunitates loci, praesidium imposuit; praeterea imperavit, frumentum, et alia, quae bello usui forent, comportari: ratus id, quod res monebat, frequentia negociatorum et commeatu, juvatum iri exercitum, etiam paratis rebus munimento fore. Inter haec negotia Jugur-

lus zog nichts deſto weniger, wie vor dem nahen Feinde, mit bewaffnetem Heere fort, und ſpähte überall alles aus. Er hielt dieſe Zeichen der Uebergabe für Täuſchung und Lockung in einen Hinterhalt. Daher ſtellte er ſich ſelbſt mit den leichtgerüſteten Kohorten und dem Kern der Schleuderer und Schützen in die Vorderreihen; den Nachzug deckte der Geſandte K. Marius mit der Reiterei. Auf beiden Seiten vertheilte er die Hilfsreiterei und die Tribunen und Präfekten der Kohorten. Die Veliten waren ihnen untergemiſcht, damit ſie während dem Zuge die feindliche Reiterei abtrieben. Jugurtha war ſo liſtgewandt und ſo kundig der Gegenden und des Krieges, daſs er, abweſend oder gegenwärtig, im Frieden oder Kriege, gleich furchtbar ſchien.

Nicht ferne von Metell's Zuge lag die Numi- 47
denſtadt Vaga, der berühmteſte Handelsort des ganzen Königreichs, wo viele Italer hauſten und Geſchäfte trieben. Da legte der Konſul, theils Jugurtha zu prüfen, theils, wenn man ihn nicht hinderte, die günſtige Lage zu benutzen, eine Beſatzung hinein. Er lieſs Getreide und andere Kriegsbedürfniſſe hinliefern, und hoffte, gemäſs den Umſtänden, von den zahlreichen Händlern und der Zufuhr für ſein Heer groſse Vortheile, und für das ſchon Errungene Sicherheit. Jugurtha ſchickte

tha impensius modo legatos supplices mittere, pacem orare: praeter suam liberorumque vitam, omnia Metello dedere.

Quos item, uti priores, Consul illectos ad proditionem domum dimittebat: regi pacem, quam postulabat, neque abnuere, neque polliceri; et inter eas moras promissa legatorum exspectare.

48 Jugurtha ubi Metelli dicta cum factis composuit, ac se suis artibus tentari animadvortit; quippe cui verbis pax nunciabatur, ceterum re bellum asperrumum erat: urbs maxuma alienata, ager hostibus cognitus, animi popularium tentati: coactus rerum necessitudine, statuit armis certare.

Igitur explorato hostium itinere, in spem victoriae adductus ex opportunitate loci, quas maxumas copias potest omnium generum parat, ac per tramites occultos exercitum Metelli antevenit.

Erat in ea parte Numidiae, quam Adherbal in divisione possederat, flumen oriens a meridie, nomine Muthul; a quo aberat mons ferme millia passuum XX. tractu pari, vastus ab natura et

indefs noch dringendere Gesandtschaften, liefs um Gnade flehen, bath um Frieden, und trug, wenn man nur ihm und seinen Kindern das Leben verbürgte, dem Metellus alles zur Uebergabe an. Der Konsul reitzte auch diese, wie die vorigen Gesandten zur Verrätherei, und entliefs sie so nach Haus. Dem Könige sagte er den begehrten Frieden weder ab, noch zu; und wartete während dieses Zögerns auf die Erfüllung des Versprechens der Gesandten.

Jugurtha merkte bei der Vergleichung der Aeusserungen und Thaten Metell's bald, dafs man ihn in seiner eigenen Falle fangen wolle. Man versprach ihm mit Worten den Frieden: im Werke selbst drohte ihm der fürchterlichste Krieg. Die mächtigste Stadt war ihm entrissen: der Feind kundschaftete das Land aus, und die Herzen seiner Unterthanen wurden zum Abfalle gereitzt. In dieser Noth sah er sich gezwungen, die Waffen zu ergreifen. Er spähte also den feindlichen Marsch aus; die vortheilhafte Lage des Orts liefs ihn den Sieg hoffen. Er rüstete daher die zahlreichsten Truppen jeder Art aus, und eilte auf geheimen Steigen Metell's Heere voraus. Von der Gegend Numidiens, die Adherbal bei der Theilung erhielt, entsprang Süden zu der Flufs Muthul. Beinahe zwanzigtausend Schritte von diesem lag in gleicher Richtung ein Berg, den weder Natur noch Men-

humano cultu; sed ex eo medio quasi collis oriebatur, in immensum pertinens, vestitus oleastro ac mirtetis, aliisque generibus arborum, quae humi arido atque arenoso gignuntur. Media autem planicies deserta, penuria aquae: praeter flumini propinqua loca: ea consita arbustis pecore atque cultoribus frequentabantur.

49 Igitur in eo colle, quem transvorso itinere porrectum docuimus, Jugurtha, extenuata suorum acie, consedit: elephantis et parti copiarum pedestrium Bomilcarem praefecit, eumque edocet, quae ageret; ipse propior montem cum omni equitatu pedites delectos collocat: dein singulas turmas atque manipulos circumiens monet atque obtestatur, uti memores pristinae virtutis et victoriae seque regnumque suum ab Romanorum avaritia defendant: cum his certamen fore, quos antea victos sub jugum miserint: ducem illis, non animum mutatum: quae ab imperatore decuerint, omnia suis provisa; locum superiorem, uti prudentes cum imperitis, ne pauciores cum pluribus, aut rudes cum bello melioribus manum consererent. proinde parati intentique essent,

ſchenhand befruchtete. Doch erhob ſich auf deſſen Mitte ein Hügel, der ſich weit hindehnte, und mit Myrthenwäldchen, Oel- und andern Bäumen, die auf einem dürren, ſandigen Boden gerne gedeihen, gekleidet war. Die Ebene dazwiſchen lag wegen Waſſermangel öde; nur die Gegenden an dem Fluſſe waren mit Bäumen bepflanzt, und mit Heerden und Bewohnern bedeckt.

Auf dieſem Hügel, der ſich, wie ich ſagte, 49
in gegenſeitiger Richtung hinſtreckte, lagerte ſich Jugurtha mit ſeinem zuſammengedrängten Heere. Die Aufſicht über die Elephanten und einen Theile des Fuſsvolks vertraut er Bomilkarn, und zeigt ihm ſeinen Verhaltungsplan. Er ſelbſt ſtellt ſich mit der Reiterei und dem Kern des Fuſsvolks näher zum Berge hin. Dann gieng er alle Rotten und Manipeln durch, und ermahnte und beſchwur ſie: „Sie möchten ſich ihrer vorigen Tapferkeit, ihres Sieges erinnern, und ſich und ihr Reich gegen den Römergeitz vertheidigen; der Kampf gelte diejenigen, die ſie jüngſt beſiegt durch das Joch gehen lieſsen. Nur Führer, nicht Muth ſei geändert. Er habe für ihre Sicherheit alle Feldherrnpflichten erfüllt. Sie behaupteten einen höhern Ort; ſie kämpften als Erfahrne mit unerfahrnen Kriegern; auch müſsten ſie nicht geringer an Zahl mit ſtärkern Truppen, oder als Ungeübte mit beſſern Soldaten ſchlagen. Sie ſollten alſo bereit

signo dato, Romanos invadere: illum diem aut omnis labores et victorias confirmaturum: aut maxumarum aerumnarum initium fore.

Ad hoc viritim, uti quemque, ob militare facinus, pecunia aut honore extulerat, commonefacere beneficii sui, et eum ipsum aliis ostentare: postremo, pro cujusque ingenio, pollicendo, minitando, obtestando, alium alio modo excitare: cum interim Metellus ignarus hostium, montem ingrediens cum exercitu, conspicatur. Primo dubius, quidnam insolita facies ostenderet, (nam inter virgulta equi Numidaeque consederant, neque plane occultati humilitate arborum; et tamen incerti, quidnam esset, cum natura loci, tum dolo, ipsi atque signa militaria obscurati) dein, brevi cognitis insidiis, paullisper agmen constitit. Ibi commutatis ordinibus, in dextero latere, quod proxumum hostis erat, triplicibus subsidiis aciem instruxit: inter manipulos funditores et sagittarios dispertit: equitatum omnem in cornibus locat; ac pauca pro tempore milites hortatus, aciem, sicuti instruxerat, transvorsis principiis, in planum deducit.

und entſchloſſen ſeyn, die Römer auf gegebenes Zeichen anzugreifen. Dieſer Tag würde alle ihre Thaten und Siege krönen, oder der Anfang namenloſer Drangſale ſeyn.“ Dann wendete er ſich von Mann zu Mann; erinnerte jeden, deſſen Heldenthat er durch Geld oder Ehrenſtellen belohnet hatte, an die empfangene Wohlthat, und ſtellte ihn andern zum Muſter dar. Er wuſste jeden auf eine andere Weiſe zu wecken, und gewann ſie nach ihrem verſchiedenen Charakter durch Drohung, Verſprechen oder Bitten. Metellus ahnet keinen Feind, und zieht indeſs mit dem Heere den Berg nieder, ſtutzt anfangs bei dem ungewöhnlichen Anblicke: denn Mann und Roſs hatten ſich zwiſchen die Gebüſche geſtellt, und die niedern Bäume bargen ſie nicht ganz; doch lieſs ſich, da theils die Lage des Orts, theils Liſt die Krieger und Fahnen verdunkelte, nichts gewiſſes beſtimmen. Er entdeckte bald den Hinterhalt, und lieſs das Heer ein wenig Halt machen. Da ändert er die Schlachtordnung; verſtärkt die rechte Flanke, die dem Feinde am nächſten ſtand, mit dreifachen Hilfstruppen; unter die Manipeln vertheilt er die Schleuderer und Pfeilſchützen. Die Reiterei ſtellt er auf die Flügel; ermahnt ſeine Soldaten gemäſs der Lage noch kurz, und führt das Heer ſo geordnet ſeitwärts in die Ebene nieder.

50 Sed ubi Numidas quietos, neque colle degredi animadvortit, veritus ex anni tempore et inopia aquae, ne siti conficeretur exercitus, Rutilium legatum cum expeditis cohortibus et parte equitum praemisit ad flumen, uti locum castris antecaperet: existumans, hostis crebro impetu et transvorsis praeliis iter suum remoraturos, et quoniam armis diffiderent, lassitudinem et sitim militum tentaturos.

Dein ipse pro re atque loco, sicuti monte descenderat, paullatim procedere: Marium post principia habere: ipse cum sinistrae alae equitibus esse, qui in agmine principes facti erant.

At Jugurtha, ubi extremum agmen Metelli primos suos praetergressum videt, praesidio quasi duum millium peditum montem occupat, qua Metellus descenderat: ne forte cedentibus adversariis receptui, ac post munimento foret. dein, repente signo dato, hostis invadit.

Numidae alii postremos caedere: pars a sinistra ac dextera tentare; infensi adesse atque instare: omnibus locis Romanorum ordines con-

Doch fürchtete er, da sich die Numiden ruhig 50
hielten, und vom Hügel nicht niederſtiegen, das Heer möchte bei dieſer Jahrszeit aus Mangel des Waſſers von Durſt aufgerieben werden. Er ſchickte alſo den Legaten Rutilius mit leichtgerüſteten Kohorten und einem Theile der Reiterei an den Fluſs voraus, um sich da zuvor eines Ortes zum Lager zu bemächtigen; denn er glaubte, die Feinde würden durch wiederholte Angriffe und queere Ueberfälle ſeinen Zug verzögern, und, bei dem Miſstrauen auf eigene Tapferkeit, ſeine Krieger durch Müdigkeit und Durſt ſchwächen wollen. Dann rückte er ſelbſt, ſo bald er von dem Berge niedergeſtiegen kam, wie es Ort und Umſtände foderten, allmählig vorwärts. Marius ſtand hinter den Vorderreihen; er ſelbſt ſtellte sich zur Reiterei des linken Flügels, die itzt an der Spitze des Heeres ſtand.

So bald Jugurtha Metell's Nachtrab bei ſeinen erſten Gliedern vorbeiziehen ſah, beſetzte er den Berg, wo Metell niederſtieg, beiläufig mit zweitauſend Fuſsknechten, damit sich die weichenden Feinde nicht dahin retten, oder verſchanzen konnten: dann gab er plötzlich das Zeichen, und griff den Feind an. Einige Numiden richteten im Nachtrabe ein Blutbad an: andere beunruhigten die linke und rechte Flanke, drangen und ſtürmten mächtig ein, und brachten die Schlachtordnung der Römer von allen Seiten in Unordnung. Selbſt die-

turbare; quorum etiam qui firmioribus animis obvii hostibus fuerant, ludificati incerto praelio, ipsi modo eminus sauciabantur, neque contra feriundi, aut manum conserendi copia erat. antea jam docti ab Jugurtha equites, ubicumque Romanorum turba insequi coeperat, non confertim, neque in unum sese recipiebant, sed alius alio quam maxume divorsi.

Ita numero priores, si a persequendo hostis deterrere nequiverant, disjectos ab tergo, aut lateribus circumveniebant: sin opportunior fugae collis, quam campi fuerant; ea vero consueti Numidarum equi facile inter vingulta evadere; nostros asperitas et insolentia loci retinebat.

51 Ceterum facies totius negotii varia, incerta, foeda atque miserabilis: dispersi a suis pars cedere, alii insequi; neque signa, neque ordines observare: ubi quemque periculum ceperat, ibi resistere ac propulsare: arma, tela, equi, viri, hostes, cives permixti; nihil consilio, neque imperio agi: fors omnia regere.

Itaque multum die processerat, cum etiam tum eventus in incerto erat. Denique omnibus labore et aestu languidis, Metellus ubi videt

jenigen, die dem Feinde entschlossenen Muthes entgegen rückten, wurden bei dem unsichern Treffen nur verhöhnet und aus der Ferne verwundet, ohne dafs sie den Feind entgegen verwunden, oder handgemein werden konnten. Wenn die Römerschaaren nachsetzten, zogen sich die Numidenreiter nach Jugurtha's Vorschrift nicht geschlossen, noch nach einem Orte zurück; sondern in zerstreuten Horden jeder anders wohin. So waren sie an Zahl überlegen; und wenn sie die nachsetzenden Feinde nicht zurückschrecken konnten, so fielen sie den zerstreuten Verfolgern in den Rücken, oder in die Flanken. War es sicherer über den Hügel als die Ebene zu flüchten, so retteten sich die an die Gegend gewohnten Numidenpferde leicht durch die Gebüsche: während die unsrigen der rauhe, ungewohnte Ort zurückhielt.

Das Kriegsglück wechselte und schwankte: ein 51
greulvoller, erbarmungswürdiger Anblick! Getrennt von den Ihrigen, wichen oder verfolgten sie. Man hielt sich weder an Fahne, noch Glied: man widerstand und kämpfte, wo Gefahr drohte. Wehre und Waffen, Rosse und Streiter, Feinde und Bürger durchkreutzten sich. Da half weder Plan noch Führer: Alles lenkte das Ohngefähr. Schon schwand ein grofser Theil des Tages, und der Ausgang blieb noch ungewifs. Als endlich Alle vom Kampfe und Hitze erschöpft waren,

Numidas minus instare, paullatim milites in unum conducit, ordines restituit, et cohortes legionarias IIII. advorsum pedites hostium collocat. eorum magna pars superioribus locis fessa consederat.

Simul orare, hortari milites, ne deficerent, neu paterentur hostis fugientes vincere: neque illis castra esse, neque munimentum ullum, quo cedentes tenderent: in armis omnia sita.

Sed ne Jugurtha quidem interea quietus: circumire, hortari, renovare praelium, et ipse cum dilectis tentare omnia: subvenire suis, hostibus dubiis instare, quos firmos cognoverat, eminus pugnando retinere.

52 Eo modo inter se duo imperatores summi viri certabant: ipsi pares, ceterum opibus disparibus. Nam Metello virtus militum erat, locus advorsus: Jugurthae alia omnia, praeter milites, opportuna. Denique Romani, ubi intellegunt, neque sibi perfugium esse, neque ab hoste copiam pugnandi fieri; et jam die vesper erat; advorso colle, sicuti praeceptum fuerat, evadunt. Amisso loco, Numidae fusi fugatique, pauci interiere; plerosque velocitas et regio hostibus ignara tutata sunt.

merkte Metellus, daſs die Numiden nicht mehr ſo hitzig eindrängen; er ſammelte ſeine Krieger allmählig; brachte ſie wieder in Ordnung, und ſtellte die vier Legionarkohorten dem feindlichen Fuſsvolke entgegen, das ſich gröſstentheils entkräftet auf den Anhöhen gelagert hatte. Er bath, beſchwur ſeine Krieger: „Sie möchten nicht ermüden, noch flüchtigen Feinden den Sieg überlaſſen. Sie könnten ſich in kein Lager, in keine Veſte retten; ihr Heil beruhe auf dem Schwerte.“ Aber auch Jugurtha ruhte nicht; er gieng umher, ſprach Muth ein, erneuerte das Treffen, und wagte ſich mit ſeinen Erleſenen ſelbſt in jede Gefahr; eilte den Seinigen zu Hilfe, drängte die wankenden Feinde, und hielt, von ferne kämpfend, diejenigen zurück, die ſtarkmüthig entgegen rückten.

So kämpften beide Feldherrn, Helden erſter 52
Gröſse. Sie ſelbſt waren ſich gleich; aber ungleich ihre Macht. Metellus hatte tapfere Krieger: aber eine miſsliche Lage. Jugurtha begünſtigte Alles; nur ſeine Krieger nicht. Schon neigte ſich der Abend: als die Römer ſahen, daſs kein Zufluchtort ſie aufnehme, noch der Feind eine Schlacht lieferte, ſtürmten ſie dem Befehle gemäſs den nahen Hügel an. Die Numiden verlieren den Poſten, eilen geſchlagen in die Flucht; doch kommen nur Wenige um. Schnelle Füſse, und die den Feinden unbekannte Gegend retteten die Meiſten.

Interea Bomilcar, quem elephantis et parti copiarum pedestrium praefectum ab Jugurtha supra diximus, ubi eum Rutilius praetergressus est, paullatim suos in aequum locum deducit: ac, dum legatus ad flumen, quo praemissus erat, festinans pergit, quietus, uti res postulabat, aciem exornat: neque remittit, quid ubique hostis ageret, explorare.

Postquam Rutilium consedisse jam, et animo vacuum accepit, simulque ex Jugurthae praelio clamorem augeri; veritus, ne legatus, cognita re, laborantibus suis auxilio foret, aciem, quam diffidens virtuti militum arte statuerat, quo hostium itineri obficeret, latius porrigit; eoque modo ad Rutilii castra procedit.

53 Romani ex improviso pulveris vim magnam animadvortunt; nam prospectum ager arbustis consitus prohibebat. Et primo rati humum aridam vento agitari: post ubi aequabilem manere, et, sicuti acies movebatur, magis magisque adpropinquare vident, cognita re, properantes arma capiunt, ac pro castris, sicuti imperabatur, consistunt. Deinde, ubi propius ventum, utrim-

Bomilkar, dem Jugurtha, wie ich ſagte, die Elephanten, und einen Theil des Fuſsvolks vertraute, führte, nach dem Vorüberzuge des Rutilius, die Seinigen allmählig in die Ebene nieder. Während der Legat dem Fluſſe, zu dem er vorausgeſchickt war, eilig zurückte, ſtellte Bomilkar ſeine Truppen ungeſtört, und nach Bedürfniſs in Ordnung, und ruhte nicht, überall alle Bewegungen des Feindes auszuſpähen. So bald er hörte, daſs sich Rutilius gelagert habe, und ganz ſorgenfrei ſei; auf der andern Seite aber das Schlachtengetümmel von Jugurtha sich lauter erhebe, fürchtete er, der Legat möchte die Lage der Sache erfahren, und den gedrängten Römern zu Hilfe eilen; deſswegen dehnte er das Heer, daſs er aus Miſstrauen auf die Tapferkeit ſeiner Krieger zuvor enge zuſammengeſtellt hatte, itzt, um dem Feinde den Weg abzuſchneiden, weit auseinander; und ſo rückte er auf des Rutilius Lager zu.

Die Römer ſahen plötzlich eine Staubwolke 53
aufſteigen; denn das buſchbewachſene Land hinderte die Aussicht. Anfangs glaubten sie, der Wind wirble die dürre Erde auf: als aber die Wolke sich gleich blieb, und, wie das Heer voranrückte, immer näher kam, entdeckten sie das Stratagem, griffen zu den Waffen, und ſtellten sich gemäſs dem Befehle vor das Lager. Beide Heere ſtürzten, ſo bald man sich näher kam, unter

que magno clamore concurrunt. Numidae tantummodo remorati, dum in elephantis auxilium putant; postquam impeditos ramis arborum, atque ita disjectos circumveniri vident, fugam faciunt: ac plerique, abjectis armis, collis aut noctis, quae jam aderat, auxilio integri abeunt.

Elephanti quatuor capti, reliqui omnes, numero quadraginta, interfecti.

At Romani, quamquam itinere atque opere castrorum et praelio fessi lassique erant; tamen, quod Metellus amplius opinione morabatur, instructi intentique obviam procedunt. Nam dolus Numidarum nihil languidi, neque remissi patiebatur. Ac primo, obscura nocte, postquam haud procul inter se erant, strepitu, velut hostes adventare, alteri apud alteros formidinem simul, et tumultum facere: et paene imprudentia admissum facinus miserabile, ni utrimque praemissi equites rem exploravissent.

Igitur, pro metu, repente gaudium exortum, milites alius alium laeti adpellant, acta edocent, atque audiunt: sua quisque fortia facta ad coelum ferre. Quippe res humanae ita sese habent: in victoria vel ignavis gloriari licet; advorsae res etiam bonos detrectant.

dumpfem Feldgeschrei auf einander los. Die Numiden hielten nur so lange Stand, als sie sich von ihren Elephanten Hilfe versprachen. So bald sich aber die Thiere in den Aesten der Bäume verwickelt hatten, und zerstreuet umringet wurden, ergriffen sie die Flucht. Die Meisten warfen die Waffen weg, und retteten sich durch Hilfe des Hügels und der einbrechenden Nacht aus der Gefahr. Man erbeutete vier Elephanten: alle die übrigen, vierzig an der Zahl, wurden erlegt. Die Römer waren zwar durch den Marsch, durch die Verschanzung des Lagers und das Treffen ermüdet und geschwächt; doch zogen sie dem Metellus, der ihnen zu lange säumte, wohlgerüstet, und mit Vorsicht entgegen. Die Verschlagenheit der Numiden erlaubte ihnen weder Erholung, noch Ruhe. Sie waren nicht mehr ferne von einander: doch bei finsterer Nacht, und dem Getöse eines gleichsam anrückenden Feindes erregten sie gegenseitig Schrecken und Getümmel. Unbehutsamkeit würde hier beinahe den traurigsten Kampf veranlasst haben, wenn nicht beiderseits vorausgeschickte Reiter die wahre Lage ausgekundschaftet hätten. Nun wechselte Freude mit Furcht; ein Krieger jauchzte dem andern entzücket zu; sie erzählten und hörten gegenseitig ihre Thaten; und jeder hob seinen Heldenmuth Himmel an; so ganz nach Menschensitte: denn bei dem Siege pralt selbst der Feige; Niederlage beugt selbst den Helden.

54 Metellus in isdem castris quatriduo moratus, saucios cum cura reficit, meritos in praeliis more militiae donat, universos in concione laudat, atque agit gratias; hortatur, ad cetera, quae levia sunt, parem animum gerant: pro victoria satis jam pugnatum, reliquos labores pro praeda fore.

Tamen interim transfugas et alios opportunos, Jugurtha ubi gentium; aut quid agitaret, cum paucisne esset, an exercitum haberet, uti sese victus gereret, exploratum misit.

At ille sese in loca saltuosa et natura munita receperat: ibique cogebat exercitum numero hominum ampliorem, sed hebetem infirmumque, agri ac pecoris magis, quam belli, cultorem.

Id ea gratia eveniebat, quod praeter regios equites nemo omnium Numidarum ex fuga regem sequitur; quo cujusque animus fert, eo discedunt: neque id flagitium militiae ducitur: ita se mores habent.

Igitur Metellus ubi videt, regis etiam tum animum ferocem; bellum renovari, quod, nisi ex illius lubidine, geri non posset; praeterea

Metellus blieb vier Tage in dem nämlichen 54
Lager; verpflegte die Verwundeten ſorgſam; beſchenkte nach Kriegessitte diejenigen, die sich im Treffen auszeichneten; lobte das verſammelte Heer; dankte ihm, und ermunterte es, bei künftigen Auftritten, die nichts gefährliches mehr hätten, gleichen Muth zu zeigen; für den Sieg hätten sie ſchon genug gekämpft: jeder künftige Kampf gelte nur die Beute. Indeſs ſchickte er doch Ueberläufer und andere geſchickte Späher, um auszukundſchaften, wo sich Jugurtha befände; was er unternähme; ob ihn nur Wenige begleiteten; oder ob er ein Heer anführe; wie er nach ſeiner Niederlage gesinnt ſei.

Doch dieſer hatte sich in waldige, von Natur feſte Gegenden zurückgezogen: da raffte er ein Heer zuſammen, das zwar zahlreicher, aber roh und ſchwach war, und mehr für Landbau und Viehweide, als zum Kriege taugte. Dieſes kam daher, weil auſser den königlichen Reitern kein Flüchtling von allen Numiden zum König zurückkehrte. Jeder rettet sich hin, wo er will. Man hält dieſe Flucht für keine Kriegsſchande. So bringt es die Landessitte mit sich.

Als Metell ſah, daſs der König noch entgegen trotzte; daſs der Krieg, den man ganz nach ſeiner Laune führen müſste, vom Neuen beginne; daſs

iniquum certamen sibi cum hostibus, minore detrimento illos vinci, quam suos vincere: statuit non praeliis, neque acie, sed alio more bellum gerundum. Itaque in Numidiae loca opulentissima pergit, agros vastat, multa castella et oppida temere munita, aut sine praesidio, capit incenditque, puberes interfici jubet; alia omnia militum praedam esse.

Ea formidine multi mortales Romanis dediti obsides, frumentum et alia, quae usui forent, adfatim praebita: ubicumque res postulabat, praesidium impositum.

Quae negotia multo magis, quam praelium male pugnatum ab suis, regem terrebant. quippe cui spes omnis in fuga sita, sequi cogebatur; et qui sua loca defendere nequiverat, in alienis bellum gerere.

Tamen ex copia, quod optumum videbatur, consilium capit: exercitum plerumque in isdem locis operiri jubet; ipse cum delectis equitibus Metellum sequitur, nocturnis et aviis itineribus ignoratus Romanos palantis repente adgreditur. eorum plerique inermes cadunt, multi capiuntur: nemo omnium intactus profugit, et Numidae,

der Kampf mit dem Feinde ungleich fei; dafs der Besiegte geringern Schaden leide, als der Sieger; fo befchlofs er, den Krieg nicht durch Treffen und Schlachten, fondern auf eine andere Weife zu führen. Er rückte alfo in die reichften Gegenden Numidiens vor; verheerte die Ländereien, nahm viele Städte und fchlecht verfchanzte und unbefetzte Veften weg, und zündete sie an. Alles, was Waffen tragen konnte, fank unter dem Schwerte; das Uebrige fiel dem Krieger als Beute zu. Der Schrecken verbreitete sich; man lieferte den Römern zahlreiche Geifeln aus, und führte ihnen Getreide und alle Bedürfniffe zu. Man liefs überall, wo es nöthig fchien, eine Befatzung zurück. Diefe Vorkehrungen fchreckten den König mehr, als das unglücklich gelieferte Treffen. Er gründete feine ganze Hoffnung auf Flucht; aber fo fah er sich gezwungen, dem Metellus nachzuziehen; er konnte feine eigenen Länder nicht behaupten, und mufste nun in fremden Krieg führen. Indefs fafste er einen Entfchlufs, der ihm in diefer mifslichen Lage der befte fchien. Er liefs den gröfsten Theil des Heeres in dem nämlichen Orte Stand halten: verfolgte perfönlich den Metellus mit erlefenen Reitern; machte unentdeckt nächtliche, unwegfame Züge, und griff die umherfchweifenden Römer unverfehens an. Die meiften fielen wehrlos; Viele wurden zu Gefangenen gemacht; Keiner von Allen entkam unbefchädigt. Ehe aus dem Lager

priusquam ex castris subveniretur, sicuti jussi erant, in proxumos collis discedunt.

55 Interim Romae gaudium ingens ortum, cognitis Metelli rebus: ut seque et exercitum more majorum gereret; in advorso loco, victor tamen virtute fuisset, hostium agro potiretur; Jugurtham, magnificum ex Auli secordia, spem salutis in solitudine, aut fuga coëgisset habere.

Itaque Senatus OB EA FELICITER ACTA DIS IMMORTALIBUS SUPPLICIA DECERNERE: civitas, trepida antea et sollicita de belli eventu, laeta agere: fama de Metello praeclara esse.

Igitur eo intentior ad victoriam niti, omnibus modis festinare, cavere tamen, necubi hosti opportunus fieret: meminisse, post gloriam invidiam sequi.

Ita quo clarior erat, eo magis animi anxius: neque post insidias Jugurthae effuso exercitu praedari: ubi frumento, aut, pabulo opus erat, cohortes cum omni equitatu praesidium agitabant: exercitus partim ipse, reliquos Marius ducebat.

Sed igni magis, quam praeda, ager vastabatur.

Hilfe herbei eilte, hatten sich die Numiden, gemäſs dem Befehle, ſchon wieder auf die nahen Hügel zurückgezogen.

Die Nachricht von Metellus Thaten verbreitete 55
in Rom unſägliche Freude. Man erzählte: „wie er und ſein Heer auf Vätersitte hielt; wie ſein Heldenmuth auf einem gefährlichen Poſten siegte; wie er das feindliche Land wegnahm; wie er Jugurtha, den des Aulus Feigheit ſo hochmüthig gemacht hatte, keine andere Hoffnung übrig lieſs, als in einſame Wüſteneien zu fliehen." Der Senat gelobte wegen dieſen glücklichen Vorfällen den unſterblichen Göttern ein Dankfeſt; und die Stadt, kurz zuvor wegen des Ausganges der Schlacht ſo zaghaft und bekümmert, feierte Freudenfeſte. Metell's Ruhm erſcholl überall. Dieſer ſtrebte daher um ſo hingehaltener nach dem Siege. Er eilte mit aller Anſtrengung: blieb doch ſtets auf der Hut, dem Feinde keine Vortheile zu laſſen; dabei vergaſs er nie, daſs Neid der Gefährte des Ruhmes ſei. Mit ſeinem Ruhme wuchs auch ſeine Vorsicht. Nach dieſem Ueberfalle Jugurtha's erlaubte er ſeinem Heere keine Freibeuterei in zerſtreuten Horden. Wenn man Getreid oder Futter nöthig hatte, zogen Kohorten und die ganze Reiterei zur Bedeckung mit. Einen Theil des Heeres führte er ſelbſt, den andern Marius an. Das Land ward mehr durch Brand, als Plünderung verwüſtet.

Duobus locis, haud longe inter se, castra faciebant. ubi vi opus erat, cuncti aderant: ceterum, quo fugā atque formido latius crescerent, divorsi agebant. Eo tempore Jugurtha per collis sequi: tempus, aut locum pugnae quaerere: qua venturum hostem audierat, pabulum et aquarum fontis, quorum penuria erat, corrumpere: modo se Metello, interdum Mario ostendere; postremos in agmine tentare, ac statim in collis regredi, rursus aliis, post aliis minitari: neque praelium facere, neque otium pati; tantummodo hostem ab incepto retinere.

56 Romanus imperator ubi se dolis fatigari videt, neque ab hoste copiam pugnandi fieri, urbem magnam, et in ea parte, qua sita erat, arcem regni, nomine Zamam, statuit oppugnare; ratus id, quod negotium poscebat, Jugurtham laborantibus suis auxilio venturum, ibique praelium fore.

At ille, quae parabantur, a perfugis edoctus, magnis itineribus Metellum antevenit; oppidanos hortatur, moenia defendant, additis auxilio perfugis; quod genus ex copiis regis, quia fallere nequibant firmissumum. Praeterea pollicetur, in tempore semet cum exercitu adfore. Ita compositis rebus, in loca quam maxume oc-

Sie lagerten ſich auf zwei nahen Poſten: im Nothfalle vereineten sie sich leicht; ſonſt trennten sie sich, um Flucht und Schrecken noch allgemeiner zu machen. Jugurtha ſetzte ihnen itzt über Hügel nach: ſpähte Zeit und Ort zum Kampfe aus; verdarb überall, wo der Feind hinkommen würde, die Weiden und ohnehin ſeltenen Waſſerquellen; zeigte sich bald Metellus, bald Marius; beunruhigte den Nachtrab, und eilte gleich wieder auf die Hügel zurücke; bedrohte itzt diese, itzt jene; lieferte dem Feinde weder ein Treffen, noch lieſs er ihm Ruhe: er ſuchte ihn einzig von ſeinem Entwurfe abzuhalten.

Als sich der Römerfeldherr nur durch Strata- 56
geme geſchwächt ſah, und der Feind nie zum Schlagen Gelegenheit gab, beſchloſs er, Zama, eine groſse Stadt, die Reichsveſte dieſer Gegend, zu belagern. Dieſes Unternehmen, hoffte er, würde den Jugurtha zwingen, den Gedrängten zu helfen, und da ein Treffen zu liefern. Doch dieſer erfuhr bald von Ueberläufern den Entwurf, und eilte Metellus in ſtarken Märſchen voraus. Er ermunterte die Städter, die Mauern zu vertheidigen, und verſtärkte sie durch Ueberläufer. Dieſe Truppen des Königs konnten nicht mehr untreu werden, und hatten alſo das gröſste Zutrauen. Er verſprach ihnen, ſelbſt bald mit einem Heere zu erſcheinen. Nach dieſen Anſtalten vertiefte er sich

culta discedit, ac post paullo cognoscit, Marium ex itinere frumentatum cum paucis cohortibus Siccam missum: quod oppidum primum omnium post malam pugnam ab rege defecerat.

Eo cum dilectis equitibus noctu pergit, et jam egredientibus Romanis in porta pugnam facit: simul magna voce Siccenses hortatur, uti cohortis ab tergo circumveniant: fortunam praeclari facinoris casum dare; si id fecerint, postea sese in regno, illos in libertate sine metu aetatem acturos.

Ac ni Marius signa inferre atque evadere oppido properavisset, profecto cuncti, aut magna pars Siccensium fidem mutavissent. tanta mobilitate sese Numidae agunt.

Sed milites Jugurthini paullisper ab rege sustentati, postquam majore vi hostes urgent, paucis amissis, profugi discedunt.

57 Marius ad Zamam pervenit. id oppidum in campo situm, magis opere, quam natura munitum erat: nullius idoneae rei egens, armis virisque opulentum. Igitur Metellus, pro tempore atque loco paratis rebus, cuncta moenia exercitu circumvenit. legatis imperat, ubi quisque curaret: deinde, signo dato, undique simul clamor

in die geheimſten Winkel; er hörte bald, daſs Marius mit wenigen Kohorten auf dem Marſche nach Sikka, um Getreid zu holen, geſchickt worden ſei. Dieſe Stadt war nach der unglücklichen Schlacht zuerſt vom Könige abgefallen. Dahin eilte er bei Nacht mit erleſenen Reitern; und griff die Römer, die ſchon abzogen, unter den Thoren an. Zugleich ermahnte er die Sizenſer mit lautem Zurufe: „Sie möchten die Kohorten vom Rücken umringen: das Glück biethe ihnen ſelbſt zu dieſer herrlichen That Gelegenheit an: dadurch würden ſie ſeinen Thron und ihre ungeſtörte Freiheit gründen.“ Hätte Marius nicht ſogleich den Feind angegriffen, und eilig die Stadt verlaſſen, ſo wären ihm gewiſs Alle, oder wenigſtens der gröſste Theil der Sizenſer untreu geworden. So wankelmüthig iſt der Charakter der Numiden. Jugurtha's Krieger wurden von ihrem Könige nicht lange unterſtützt; und ſo bald die Feinde mit verdoppelter Gewalt einbrachen, ergriffen ſie, nach einem geringen Verluſte, die Flucht.

Marius drang bis Zama vor. Dieſe Stadt liegt 57
in einer Ebene, iſt mehr durch Kunſt, als Natur befeſtigt, besitzt alle nothigen Güter, und iſt ſtark an Mann und Wehre. Metellus traf nach Zeit und Umſtänden alle Anſtalten, und umringte die Mauern mit dem Heere, vertheilte die Legaten in ihre Poſten, gab das Zeichen zum An-

ingens oritur. neque ea res Numidas terret; infensi intentique sine tumultu manent: praelium incipitur.

Romani, pro ingenio quisque, pars eminus glande, aut lapidibus pugnare; alii succedere, ac murum modo subfodere, modo scalis adgredi: cupere praelium in manibus facere.

Contra ea oppidani in proxumos saxa volvere; sudes, pila, praeterea pice et sulphure taedam mixtam, ardentia mittere.

Sed nec illos, qui procul manserant, timor animi satis muniverat. nam plerosque jacula tormentis, aut manu emissa volnerabant: parique periculo, sed fama impari, boni atque ignavi erant.

58 Dum apud Zamam sic certatur, Jugurtha ex improviso castra hostium cum magna manu invadit: remissis, qui in praesidio erant, et omnia magis, quam praelium exspectantibus, portam irrumpit. At nostri, repentino metu perculsi, sibi quisque pro moribus consulunt: alii fugere, alii arma capere: magna pars volnerati, aut occisi. Ceterum ex omni multitudine non amplius quadraginta, memores nominis Romani, grege

griffe; und ſogleich ſtieg von allen Seiten ein dumpfes Feldgeſchrei empor. Doch ſchreckte dieſer Lärm die Numiden nicht; ſie blieben, ohne Getümmel, hingehalten und trotzig, auf ihrem Poſten. Der Kampf begann. Jeder Römer kämpfte nach ſeiner Kraft, ſchleuderte Kugel oder Steine aus der Ferne: andere rückten vor; bald untergruben ſie die Mauern; bald ſtürmten ſie mit Leitern los, und ſuchten handgemein zu werden. Die Städter wälzten entgegen auf die Nächſteindringenden Steine nieder, und ſchleuderten Brandpfeile, Lanzen, mit Pech und Schwefel übertünchte Fackeln flammend herab. Auch die ferne Stehenden deckte ihre Schüchternheit nicht: denn die Meiſten wurden durch Wurfſpieſe, welche die Vertheidiger oder die Katapulten abſchoſſen, verwundet. Der Feige und Held theilten bei ungleichem Ruhme gleiche Gefahr.

Jugurtha griff, während dieſes Kampfes bei 58
Zama, das feindliche Lager unverſehens mit groſſer Macht an: die Beſatzung war ſorglos, und ahnete eher alles, als ein Treffen. So brach er durch das Thor ein. Die Unſrigen durchſchauerte plötzliches Schrecken; jeder rettete ſich, wie er konnte; einige flohen; andere griffen zu den Waffen; viele wurden verwundet oder getödtet. Nur vierzig von ſolch einer Menge vergaſsen nicht des Römernamens, ſchloſſen ſich an, und erklimmten

facto, locum cepere, paullo, quam alii, editiorem; neque inde maxuma vi depelli quiverunt: sed tela eminus missa remittere, pauci in pluribus minus frustrati: sin Numidae propius accessissent, ibi vero virtutem ostendere et eos maxuma vi caedere, fundere atque fugare.

Interim Metellus cum acerrume rem gereret, clamorem hostilem ab tergo accipit: dein, converso equo, animadvortit, fugam ad se vorsum fieri: quae res indicabat, popularis esse.

Igitur equitatum omnem ad castra propere mittit, ac statim C. Marium cum cohortibus sociorum; eumque lacrumans per amicitiam perque rempublicam obsecrat, ne quam contumeliam remanere in exercitu victore, neve hostis inultos abire sinat. ille brevi mandata efficit.

At Jugurtha munimento castrorum impeditus, cum alii super vallum praecipitarentur, alii in angustiis ipsi sibi properantes obficerent, multis amissis, in loca munita sese recipit.

Metellus, infecto negotio, postquam nox aderat, in castra cum exercitu revortitur.

59 Igitur postero die, prius, quam ad oppugnandum egrederetur, equitatum omnem in ea parte,

einen erhabnern Ort, als die andern. Keine Gewalt trieb sie von dieſem Poſten; sie ſchnellten die aus der Ferne geworfenen Lanzen wieder zurück, und Wenige zielten auf ſo Viele deſto ſicherer. Rückten aber die Numiden näher, dann zeigten sie erſt gedoppelte Heldenkraft, hieben sie wüthend nieder, und zerſtreuten und jagten sie in die Flucht. Indeſs vernahm Metellus, während er am hitzigſten focht, vom Rücken her das Geſchrei und feindliche Getümmel; er lenkte das Pferd um, und ſah, daſs die Flüchtigen gegen ihn zueilten. Dieſes verrieth ihm ſeine Landsleute. Er ſchickte alſo die ganze Reiterei und K. Marius mit den Kohorten der Verbündeten eilig nach dem Lager, und beſchwur ihn, Thränen im Auge, bei ſeiner Freundſchaft, bei dem Vaterlande, „dieſe Schmach vom siegreichen Heere abzuwenden, und an dem Feinde blutige Rache zu nehmen.“ Dieſer vollzog den Befehl ſogleich. Jugurtha ward durch die Schanzen des Lagers hingehalten; einige wurden über den Wall geſprengt; andere hinderten sich im Gedränge auf der ſchnellen Flucht gegenſeitig; der Verluſt war groſs; und ſo zog er sich auf einen feſten Ort zurück. Metellus rückte bei einbrechender Nacht, unverrichteter Dinge, mit dem Heere in das Lager.

Ehe er den kommenden Tag zur Belagerung 59
ausrückte, lieſs er von der Seite, wo der König

qua regis adventus erat, pro castris agitare jubet: portas et proxuma loca tribunis dispertit; deinde ipse pergit ad oppidum, atque, ut superiore die, murum adgreditur.

Interim Jugurtha ex occulto repente nostros invadit. qui in proximo locati fuerant, paullisper territi perturbantur: reliqui cito subveniunt.

Neque diutius Numidae resistere quivissent, ni pedites cum equitibus permixti magnam cladem in congressu facerent. quibus illi freti, non, ut equestri praelio solet, sequi, dein cedere; sed advorsis equis concurrere, implicare ac perturbare aciem: ita expeditis peditibus suis, hostis paene victos dare.

60 Eodem tempore apud Zamam magna vi certabatur. Ubi quisque legatus, aut tribunus curabat, eo acerrume niti; neque alius in alio magis, quam in sese spem habere: pariter oppidani agere. oppugnare, aut parare omnibus locis: avidius alteri alteros sauciare, quam semet tegere. clamor permixtus hortatione, laetitia, gemitu: item strepitus armorum ad coelum ferri: tela utrimque volare.

eindringen könnte, die ganze Reiterei vor dem Lager tummeln; die Thore aber und die nächſten Orte von den Tribunen bewachen. Dann zog er ſelbſt gegen die Stadt, und beſtürmte, wie vorigen Tages, die Mauer. Jugurtha überfiel indeſs die Unſrigen plötzlich aus einem Hinterhalte. Die nächſten Poſten geriethen aus Furcht ein wenig in Unordnung: die übrigen eilten ſogleich zu Hilfe. Die Numiden hätten nicht längern Widerſtand gethan; doch das Fuſsvolk drängte sich unter die Reiterei, und verurſachte im Gemenge ein groſses Blutbad. Die Reiter bauten auf die Fuſsgänger, und ſtatt, wie bei dem gewöhnlichen Treffen der Reiterei, itzt einzuhauen, itzt zurück zu weichen, ſtürmten sie vielmehr mit den Roſſen auf einander los, zerrüteten und verwirrten die Schlachtordnung, und hätten ſo die Feinde durch das leichtgerüſtete Fuſsvolk beinahe besiegt.

60 Indeſs kämpfte man auch bei Zama entſchloſſenen Muthes. Wo ein Legat oder Tribun ſtand, ſtrengte sich Jeder feurig an; und keiner traute andern mehr zu, als sich ſelbſt. Gleich muthig zeigten sich die Städter, kämpften entgegen, und waren überall gerüſtet. Man war begieriger, den Feind zu verwunden, als sich ſelbſt zu decken. Dumpf erſcholl das Geſchrei vom Zurufe, Jauchzen und Geächze: das Waffengeklirr drang zum Himmel; beiderſeits ſchwirrten Geſchoſſe.

Sed illi, qui moenia defensabant, ubi hostes paullulum modo pugnam remiserant, intenti praelium equestre prospectabant. eos, uti quaeque Jugurthae res erant, laetos modo, modo pavidos animadvorteres: ac, sicuti audiri a suis, aut cerni possent, monere alii, alii hortari, aut manu significare, aut niti corporibus, et huc, illuc, quasi vitabundi, aut jacientes tela, agitare.

Quod ubi Mario cognitum est (nam is in ea parte curabat) consulto lenius agere, ac diffidentiam rei simulare: pati Numidas sine tumultu regis praelium visere. Ita illis studio suorum adstrictis, repente magna vi murum adgreditur: et jam scalis adgressi milites prope summa ceperant, cum oppidani concurrunt, lapides, ignem, alia praeterea tela ingerunt.

Nostri primo resistere: deinde, ubi unae atque alterae scalae comminutae, qui supersteterant, adflicti sunt; ceteri quoquo modo potuere, pauci integri, magna pars confecti volneribus abeunt. Deníque utrimque praelium nox diremit.

61 Metellus, postquam videt frustra inceptum; neque oppidum capi, neque Jugurtham, nisi ex

Wenn die Belagerer nur ein wenig vom Kampfe nachliefsen, schauten die Vertheidiger der Mauern hingehalten auf das Reitergefecht hinaus. Man sah sie, wie Jugurtha's Glück wechselte, itzt freudig, itzt bestürzt. Wenn die Ihrigen sie sehen oder hören konnten, riefen, ermunterten sie aus der Ferne; winkten mit der Hand; schwenkten sich mit dem Körper, und beugten sich, als wenn sie itzt Pfeilen auswichen, itzt selbe abschössen, hiehin und dahin. So bald Marius, der über den Posten die Aufsicht hatte, dieses wahrnahm, gab er bedächtlich vom hitzigen Angriffe nach, und stellte sich zaghaft. Er liefs die Numiden ungestört dem Königstreffen zusehen. Aber während sie voll Begierde auf die Ihrigen hinstarrten, stürmte er plötzlich mit Macht auf die Mauer zu. Schon naheten die Krieger mit Leitern, erklimmten schon beinahe die Höhe: doch die Städter eilten herbei, und warfen Steine, Feuerklumpen und andere Geschosse nieder. Die Unsrigen thaten anfangs Widerstand; als aber manche Leiter zerknickt ward, und die Emporsteigenden niederstürzten, wichen die übrigen, so gut sie konnten, zurück; die meisten waren mit Wunden bedeckt, und nur wenige blieben unbeschädigt. Die Nacht machte beiderseits dem Treffen ein Ende.

Metellus sah, dafs er dies Unternehmen um- 61
sonst wagte; dafs man die Stadt nicht einnehmen

insidiis, aut suo loco pugnam facere, et jam aestatem exactam esse, ab Zama discedit: et in his urbibus, quae a rege defecerant, satisque munitae loco, aut moenibus erant, praesidia imponit. Ceterum exercitum in provinciam, qua proxuma est Numidiae hiemandi gratia collocat.

Neque id tempus, ex aliorum more, quieti aut luxuriae concedit: sed, quoniam armis bellum parum procedebat, insidias regi per amicos tendere, et eorum perfidia pro armis uti parat.

Igitur Bomilcarem, qui Romae cum Jugurtha fuerat, et inde, vadibus datis, clam Massivae de nece judicium fugerat, quod ei per maxumam amicitiam maxuma copia fallendi erat, multis pollicitationibus adgreditur; ac primo efficit, uti ad se colloquendi gratia occultus veniat: dein fide data, si Jugurtham vivum aut necatum tradidisset, fore, uti illi Senatus impunitatem, et sua omnia concederet, facile Numidae persuadet, cum ingenio infido, tum metuenti, ne, si pax cum Romanis fieret, ipse per conditiones ad supplicium traderetur.

könnte. Auch Jugurtha griff nur aus dem Hinterhalte, oder auf einem vortheilhaften Posten an; dann gieng der Sommer schon zu Ende. Er zog also von Zama ab, legte in Städte, die zu ihm abgefallen, durch Lage und Mauern fest genug waren, Besatzungen hinein, und führte das übrige Heer in unsere, Numidien nächst liegende, Provinz in das Winterlager. Er verschwelgte da, nach dem Beispiele anderer, diese Zeit nicht im Müssiggange und Wohlleben. Weil der Krieg durch die Waffen wenig vorschritt, stellte er dem König durch seine Freunde nach, und benutzte ihre Treulosigkeit statt der Waffen. Er suchte also Bomilkar, der mit Jugurtha zu Rom war, und von da, nach ausgelieferten Geiseln, ingeheim dem Gerichte, wegen Massiva's Ermordung, entrann, durch reiche Verheissungen auf seine Seite zu bringen; denn dieser konnte den König, als der innigste Freund, um so leichter hintergehen. Er brachte es anfangs dahin, dass er zu einer geheimen Unterredung kam. Als er ihm endlich Sicherheit zusagte, und versprach, dass ihm der Senat Gnade, und die Zurückgabe aller seiner Güter zugestehen würde, wenn er ihm Jugurtha lebendig oder todt auslieferte, so war es leichte Sache, den Numiden, der ein untreues Herz hatte, und fürchtete, man möchte ihn bei dem Friedensbündnisse den Römern zur Strafe ausliefern, nach Wunsch zu lenken.

62 Is, ubi primum opportunum, Jugurtham anxium ac miserantem fortunas suas accedit: monet atque lacrumans obtestatur, uti aliquando sibi liberisque et genti Numidarum, optume merenti, provideat: omnibus praeliis sese victos, agrum vastatum, multos mortalis captos aut occisos, regni opes comminutas esse: satis saepe jam et virtutem militum, et fortunam tentatam: caveret, ne, illo cunctante, Numidae sibi consulant.

His atque talibus aliis ad deditionem regis animum impellit. Mittuntur ad imperatorem legati: Jugurtham imperata facturum, ac sine ulla pactione sese regnumque suum in illius fidem tradere. Metellus propere cunctos Senatorii ordinis ex hibernis arcessiri jubet: eorum atque aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet.

Ita more majorum, ex consilii decreto, per legatos Jugurthae imperat argenti pondo ducenta millia, elephantos omnis, equorum et armorum aliquantum.

Quae postquam sine mora facta sunt, jubet omnis perfugas vinctos adduci. eorum magna pars,

Dieſer machte sich bei der erſten günſtigen Gelegenheit an Jugurtha, der sich ängſtlich über ſein Schickſal grämte. Er rieth ihm, beſchwur ihn unter Thränen, „endlich für sich, ſeine Kinder, und „das ſo ſehr verdiente Numidenvolk zu ſorgen. Sie „hätten beinahe alle Treffen verloren: das Land „ſei verheeret; unzählige gefangen oder getödtet; „die Macht des Reiches geſchwächet. Man habe „die Tapferkeit der Krieger, und das Glück ſchon „oft genug verſucht. Er ſollte auf der Hut ſeyn, „daſs sich die Numiden, wenn er sich noch län„ger ſträubte, nicht ſelbſt Rath ſuchten.“ 62

Durch dieſe und ähnliche Vorſtellungen bewog er den König zur Uebergabe. Geſandte muſsten dem Römerfeldherrn hinterbringen: „Jugurtha wolle jeden Befehl vollziehen; er übergebe ohne Ausnahme sich und ſein Reich in deſſen Schutz.“ Metellus lieſs eilig alle Senatsglieder aus dem Winterlager herbeirufen, und ſetzte von ihnen und andern geeigneten Männern einen Rath nieder. So foderte er, nach Vätersitte, gemäſs dem Rathsſchluſſe, durch Jugurtha's Geſandte die Auslieferung von zweimal hunderttauſend Pfund Silbers, alle Elephanten, und eine anſehnliche Zahl von Pferden und Waffen. Die Foderung ward ſogleich erfüllt. Nun geboth er, man ſollte ihm alle Ueberläufer gefeſſelt herbeiführen: auch von dieſen ward dem Befehle gemäſs eine groſse Anzahl her-

ut jussum erat, adducti: pauci, cum primum deditio coepit, ad regem Bocchum in Mauretaniam abierant. Igitur Jugurtha, ubi armis virisque et pecunia spoliatus, cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur, rursus coepit flectere animum suum, et ex mala conscientia digna timere.

Denique multis diebus per dubitationem consumtis, cum modo taedio rerum advorsarum omnia bello potiora duceret; interdum secum ipse reputaret, quam gravis casus in servitium ex regno foret; multis magnisque praesidiis nequidquam perditis de integro bellum sumit. Romae Senatus de provinciis consultus Numidiam Metello decreverat.

63 Per idem tempus Uticae forte C. Mario per hostias dis supplicante, magna atque mirabilia portendi haruspex dixerat: proinde, quae animo agitabat, fretus dis ageret: fortunam quam saepissume experiretur; cuncta prospera eventura.

At illum jam antea consulatus ingens cupido exagitabat: ad quem capiundum, praeter vetustatem familiae, alia omnia abunde erant: industria, probitas, militiae magna scientia, animus belli ingens, domi modicus, lubidinis et divitiarum victor, tantummodo gloriae avidus.

beigeführt; nur Wenige flüchteten bei dem Anfange der Belagerung zum Könige Bocchus nach Mauritanien. Als nun Jugurtha, nach dem Verluſte der Waffen, Krieger und Schätze, um neue Befehle zu empfangen, nach Tiſidium gerufen ward, änderte er auf das Neue ſeinen Sinn, und das böſe Gewiſſen machte ihm vor der verdienten Strafe bange. So brachte er viele Tage unſchlüſsig hin. Bald hielt er bei dem Kummer über ſeine miſsliche Lage alles für wünſchenswerther, als den Krieg; bald ſann er nach, wie tief der Fall vom Throne in den Sklavenſtand ſei; und ſo beſchloſs er, ob er gleich ſo viele und mächtige Hilfsquellen umſonſt verloren hatte, wieder Krieg. Der Senat in Rom ſprach bei der Provinzenvertheilung Numidien dem Metellus zu.

Um dieſe Zeit deutete der Seher dem K. Ma- 63
rius, der zu Utika den Göttern opferte, groſse Wunderzeichen. „Er möchte jeden Herzenswunſch, voll Zutrauen auf die Götter, ausführen; das Glück bei jeder Gelegenheit verſuchen. Alles müſste ihm gelingen.“ Er nährte ſchon vorher einen heiſsen Wunſch nach der Konſulwürde. Es fehlte ihm kein Vorzug, ſelbe zu verdienen, als alter Adel. Er war thatenſtrebend, bieder, kriegserfahren, heldenmüthig im Kampfe, gemäſsigt im Frieden: er ſiegte über Wolluſt und Geld; nur nach Ruhm geitzte er.

Sed is natus et omnem pueritiam Arpini altus, ubi primum aetas militiae patiens fuit, stipendiis faciundis, non Graeca facundia, neque urbanis munditiis sese exercuit: ita inter artis bonas integrum ingenium brevi adolevit.

Ergo ubi primum tribunatum militarem a populo petit, plerisque faciem ejus ignorantibus, facile notus per omnis tribus declaratur. Deinde ab eo magistratu alium post alium sibi peperit: semperque in potestatibus eo modo agitabat, uti ampliore, quam gerebat, dignus haberetur.

Tamen is ad id locorum talis vir (nam postea ambitione praeceps datus est) consulatum appetere non audebat. Etiam tum alios magistratus plebes, consulatum nobilitas inter se per manus tradebat.

Novus nemo tam clarus, neque tam egregiis factis erat, quin his indignus illo honore et quasi pollutus haberetur.

64 Igitur ubi Marius haruspicis dicta eodem intendere videt, quo cupido animi hortabatur; ab Metello, petundi gratia, missionem rogat: cui quamquam virtus, gloria atque alia optanda bonis superabant, tamen inerat contemtor animus

Er war zu Arpinum gebohren, und da in ſeiner Jugend erzogen. Als ihn ſein Alter waffenfähig machte, bildete er ſich, ohne auf griechiſche Wohlredenheit, oder auf ſtädtiſche Feinheit zu achten, im Kriegsdienſte. So reifte ſein unverdorbener Charakter unter edlen Handlungen bald zur Vollkommenheit. Als er daher bei dem Volke das erſtemal um das Kriegstribunat warb, war er, obgleich vom Geſichte fremd, doch überall ſchon bekannt, und erhielt leicht die Stimmen aller Zünfte. Nach dieſer Ehrenſtelle erwarb er eine nach der andern, und betrug ſich bei jedem Amte ſtets ſo, daſs er noch eine höhere Würde zu verdienen ſchien. Solch ein herrlicher Mann (wenigſtens für itzt: denn ſpäter blendete ihn Ehrgeitz) wagte es doch nicht, um das Konſulat zu werben. Das Volk vergab zwar auch damals andere Würden: doch das Konſulat behielt der Adel für ſich. Ein Mann ohne Ahnen ſchien bei all ſeiner Berühmtheit, bei all ſeinen ſchönen Thaten, dieſer Ehre unwürdig, und gleichſam durch ſeinen niedern Stand entheiligt.

Als Marius ſah, daſs die Deutung des Sehers 64
ſeinem ungeſtümen Herzenswunſche entſprach, foderte er vom Metellus, der Werbung wegen, Entlaſſung. Dieſer Feldherr beſaſs Verdienſt, Ruhm, und jede Gabe, die ſich ein edler Mann wünſchen ſoll: doch ſein Herz war vom trotzigen Hoch-

et superbia, commune nobilitatis malum. Itaque primum commotus insolita re, mirari ejus consilium, et quasi per amicitiam monere, ne tam prava inciperet, neu super fortunam animum gereret: non omnia omnibus cupiunda esse: debere illi res suas satis placere: postremo caveret id petere a populo Romano, quod illi jure negaretur.

Postquam haec atque talia dixit, neque animus Marii flectitur; respondit, ubi primum potuisset per negotia publica, facturum sese, quae peteret.

Ac postea saepius eadem postulanti, fertur dixisse, ne festinaret abire: satis mature illum cum filio suo consulatum petiturum. Is eo tempore contubernio patris ibidem militabat, annos natus circiter XX. quae res Marium cum pro honore, quem adfectabat, tum contra Metellum vehementer accenderat.

Ita cupidine atque ira, pessumis consultoribus, grassari: neque facto ullo, neque dicto abstinere, quod modo ambitiosum foret; milites, quibus in hibernis praeerat, laxiore imperio, quam antea, habere: apud negotiatores, quorum magna multitudo Uticae erat, criminose simul, et magnifice de bello loqui: dimidia pars

muthe und Stolze, der allgemeinen Sünde des Adels, nicht frei. Er ſchien über den unerwarteten Auftritt anfangs betroffen, ſtaunte über des Marius Entſchluſs, und warnte ihn gleichſam als Freund, keinen ſo verkehrten Schritt zu wagen, und sich nicht über ſeinen Stand zu erheben. Nicht Jedem ſei jeder Wunſch gegönnet. Er ſolle sich mit ſeinem Looſe begnügen, und sich hüten, vom römiſchen Volke das zu fodern, was man ihm mit Recht verſagte. Doch des Marius Sinn lieſs sich weder durch dieſe, noch andere Vorſtellungen beugen. Metellus antwortete alſo: „Er würde ſeine Bitte zugeſtehen, ſobald es die allgemeine Sache erlaubte.“ Als jener ſeine Foderung öfters wiederholte, soll er zu ihm geſagt haben: „Er möchte ſeine Abreiſe nicht ſo beſchleunigen: es wäre noch frühe genug, wenn er einſt mit ſeinem Sohne um das Konſulat wärbe.“ Dieſer kriegte damals unter der Aufsicht ſeines Vaters, und war beiläufig ein zwanzigjähriger Junge. Dieſe Beleidigung entflammte Marius noch mehr für die Konſulwürde; und noch heftiger gegen Metellus. Ruhmgierde und Zorn, die ſchlimmſten Rathgeber, riſſen ihn fort. Er mäſsigte sich bei ſeinem Ehrgeitze weder im Werke, noch Worte. Seinen Soldaten im Winterlager erlaubte er gröſsere Freiheiten, als zuvor: vor den zahlreichen Händlern in Utika ſprach er eben ſo pral- als läſterſüchtig über den Krieg. „Er wolle Jugurtha, wenn man ihm nur die

exercitus sibi permitteretur, paucis diebus Jugurtham in catenis habiturum: ab imperatore consulto trahi, quod homo, inanis et regiae superbiae, imperio nimis gauderet.

Quae omnia illis eo firmiora videbantur, quod diuturnitate belli res familiaris corruperant, et animo cupienti nihil satis festinatur.

65 Erat praeterea in exercitu nostro Numida quidam, nomine Gauda, Mastanabalis filius, Masinissae nepos, quem Micipsa testamento secundum heredem scripserat, morbis confectus, et ob eam causam mente paullum imminuta. Cui Metellus petenti, more regum uti sellam juxta poneret, item postea, custodiae causa turmam equitum Romanorum; utrumque negaverat: honorem, quod eorum modo foret, quos populus Romanus reges adpellavisset; praesidium, quod contumeliosum in eos foret, si equites Romani satellites Numidae traderentur.

Hunc Marius anxium adgreditur atque hortatur, uti contumeliarum imperatoris cum suo auxilio poenas petat. hominem ob morbos animo parum valido secunda oratione extollit: illum regem, ingentem virum, Masinissae nepotem esse: si Jugurtha captus, aut occisus, imperium Numidiae sine mora habiturum; id adeo mature

Hälfte des Heers vertraute, in wenigen Tagen in Feſſel ſchlagen: der Feldherr ſäume mit Abſicht: der Oberbefehl habe für dieſen Mann, der eitel und ſtolz, wie ein König, ſei, zu vielen Reitz.“ Die Händler glaubten dieſes um ſo feſter, weil der anhaltende Krieg ihr Vermögen erſchöpfte; und ein Herz, das heiſse Wünſche hegt, alles langſam findet.

Es war in unſerm Heere ein Numide, Gauda 65
mit Namen, Maſtanabals Sohn, Maſiniſſas Enkel, den Micipſa im Vermächtniſſe zum zweiten Erben eingeſetzet hatte. Krankheit hatte ihn geſchwächt, und im Geiſte ein wenig zerrüttet. Er bath Metellus, gemäſs der Königssitte, um den nächſten Rang nach ihm, und dann um eine Leibwache römiſcher Ritter. Dieſer ſchlug ihm beides ab; und zwar das erſte, weil der Vorsitz nur vom Volke ernannten Königen gehörte; die Leibwache aber, weil römiſche Ritter nie ohne Ehrloſigkeit Knappen eines Numiden ſeyn könnten. Dieſen miſsvergnügten Prinzen gieng nun Marius an, und ermunterte ihn, an dem Feldherrn dieſe Schmach zu rächen: er wolle ihn unterſtützen. Er betäubte ſeinen durch Krankheit geſchwächten Kopf durch Schmeicheleien: „Er ſei König, ein herrlicher Mann; ſei Maſiniſſas Enkel; er würde nach Jugurthas Gefangenſchaft oder Ermordung ſogleich Numidiens Thron beſteigen:) und dieſes könnte ſehr bald ge-

posse evenire, si ipse consul ad id bellum missus foret.

Itaque et illum, et equites Romanos, milites et negotiatores alios ipse, plerosque spes pacis impellit, uti Romam ad suos necessarios aspere in Metellum de bello scribant, Marium imperatorem poscant.

Sic illi a multis mortalibus honestissuma suffragatione consulatus petebatur. simul ea tempestate plebes, nobilitate fusa per legem Mamiliam novos extollebat. Ita Mario cuncta procedere.

66 Interim Jugurtha postquam, omissa deditione, bellum incipit, cum magna cura parare omnia, festinare, cogere exercitum: civitates, quae ab se defecerant, formidine, aut ostentando praemia adfectare: communire suos locos, arma, tela, alia, quae spe pacis amiserat, reficere aut commercari: servitia Romanorum adlicere, et eos ipsos, qui in praesidiis erant, pecunia tentare: prorsus nihil intactum, neque quietum pati: cuncta agitare.

Igitur Vagenses, quo Metellus initio, Jugurtha pacificante, praesidium imposuerat, fatigati regis suppliciis, neque antea voluntate alienati, principes civitatis inter se conjurant: nam

schehen, wenn er das Konsulat und die Feldherrnstelle in diesem Kriege erhalten würde.

So regte er den Prinzen und die römischen Ritter, die Krieger und Händler theils selbst auf; theils bewog die meisten Friedenshoffnung, daſs sie gegen Metellus wegen dem Kriege bittere Briefe an ihre Verwandten nach Rom schrieben, und Marius zum Feldherrn begehrten. So warben Unzählige durch die ehrenvollsten Empfehlungen um das Konsulat für ihn. Gerade itzt beugte das Mamilische Gesetz den Adel nieder, und das Volk erhob Unadeliche zu den ersten Stellen. So gelang Marius jeder Versuch.

Jugurtha vergaſs der Uebergabe, begann den 66
Krieg, rüstete sich sorgsam, eilte, und warb Heere; abgefallene Städte suchte er durch Drohungen oder glänzende Belohnungen zu gewinnen. Er befestigte seine Plätze, ergänzte oder kaufte Wehre und Waffen, und andere aus Hoffnung des Friedens verlorne Bedürfnisse: lockte die Römersklaven an sich, reitzte selbst die Besatzungen durch Geld, lieſs nichts unversucht und ruhig, und setzte alles in Thätigkeit. Die Bürger der Stadt Vakka, in welche Metellus während den ersten Friedensunterhandlungen mit Jugurtha eine Besatzung gelegt hatte, waren gegen den König nie im Herzen feindlich gesinnt: sie lieſsen sich itzt durch seine dringenden Bitten erweichen; und die Häupter der

volgus, uti plerumque solet, et maxume Numidarum, ingenio mobili, seditiosum atque discordiosum erat, cupidum novarum rerum, quieti et otio advorsum: dein compositis inter se rebus, diem tertium constituunt; quod is festus celebratusque per omnem Africam ludum et lasciviam magis, quam formidinem ostentabat.

Sed ubi tempus fuit, centuriones tribunosque militares, et ipsum praefectum oppidi T. Turpilium Silanum, alius alium domos suas invitant: eos omnis, praeter Turpilium, inter epulas obtruncant; postea milites palantis, inermos, quippe in tali die ac sine imperio, adgrediuntur.

Idem plebes facit, pars edocti ab nobilitate, alii studio talium rerum incitati: quis acta consiliumque ignorantibus tumultus ipse et res novae satis placebant.

67 Romani milites, improviso metu, incerti ignarique, quid potissumum facerent, trepidare ad arcem oppidi, ubi signa et scuta erant: praesidium hostium, portae ante clausae fugam prohibebant: ad hoc mulieres puerique pro tectis aedi-

Stadt erregten eine Verſchwörung unter sich. Jeder Pöbel, vorzüglich der numidiſche, war ſtets wankelmüthig, aufruhrſüchtig, und unruhig; er ſehnte sich nach Neuerung, und haſste Friede und Ruhe. Als sie den Plan unter sich feſtgeſetzt hatten, beſtimmten sie den dritten Tag zur Ausführung. Dieſer ward durch ganz Asien feſtlich gefeiert, und ſchien alſo nicht für Schreckensſzenen, ſondern für Spiele und Scherze geeignet. Zur beſtimmten Stunde luden sie die Hauptleute, Kriegstribunen, und ſelbſt den Stadthalter T. Turpilius Silanus in ihre verſchiedenen Häuſer ein; und ermordeten sie während dem Mahle, auſser Turpilius, insgeſammt. Dann griffen sie die an einem ſolchen Feſte zerſtreuten, wehrloſen, ohne Aufsicht gelaſſenen Krieger an. Der Pöbel that das nämliche; theils foderte ihn der Adel dazu auf, theils reitzte ihn ſein eigener Hang nach ſolchen Auftritten: ob er gleich den Vorgang und Plan nicht durchſchaute, fand er ſchon im Auflaufe und an neuen Unruhen ſeine Luſt.

Die Römerkrieger waren bei dem unerwarteten 67
Schrecken unentſchloſſen, und wuſsten nicht, was sie thun ſollten. Sie eilten zitternd auf die Burg der Stadt, wo die Fahnen und Schilde lagen. Doch die feindliche Beſatzung, und die zuvor geſchloſſenen Thore hemmten ihre Flucht. Dann warfen Weiber und Kinder von den Dächern der Gebäude Stei-

ficiorum saxa et alia, quae locus praebebat, certatim mittere. Ita neque caveri anceps malum, neque a fortissumis infirmissumo generi resisti posse: juxta boni maliquo, strenui et imbelles inulti obtruncati.

In ea tanta asperitate, saevissumis Numidis et oppido undique clauso, Turpilius unus ex omnibus Italicis profugit intactus: id misericordiane hospitis, an pactione, an casu ita evenerit, parum comperimus; nisi, quia illi in tanto malo turpis vita fama integra potior, improbus intestabilisque videtur.

68 Metellus, postquam de rebus Vagae actis comperit, paullisper moestus e conspectu abit: deinde, ubi ira et aegritudo permixta, cum maxuma cura ultum ire injurias festinat. Legionem, cum qua hiemabat, et, quam plurimos potest, Numidas equites pariter cum occasu solis expeditos educit: et postera die circiter horam tertiam pervenit in quamdam planitiem, locis paullo superioribus circumventam.

Ibi milites fessos itineris magnitudine, et jam abnuentis omnia docet, oppidum Vagam non amplius mille passuum abesse: decere illos reli-

ne, und was zur Hand lag, in die Wette nieder. So konnte man der rings drohenden Gefahr nicht entrinnen: und ſelbſt der Tapferſte dem ſchwächſten Geſchlechte keinen Widerſtand thun. Herzhafte und Taugenichtſe, Muthige und Feige wurden im Gemenge und ungerochen niedergemacht. Bei dieſem ſchrecklichen Auftritte, wo die Numiden grauſam wütheten, und die Stadt rings geſchloſſen war, rettete ſich von allen Italern der einzige Stadthalter Turpilius durch die Flucht: ob aus Mitleid des Gaſtfreundes, oder aus Zufall, oder durch Vertrag, läſst ſich nicht beſtimmen. Doch ſcheint er mir ein verworfener, elender Menſch zu ſeyn, da ihm bei ſolch einem Ungemache ein ſchändliches Leben mehr, als ſein guter Name galt.

Metellus entfernte ſich, bei der Nachricht des 68
Vorfalls in Vakka, traurig aus aller Augen: es beſtürmte ihn Zorn und Kummer; und nun eilte er mit raſcher Wuth, dieſe Schmach zu rächen. Er rückte mit der Legion, die er im Winterlager hatte, und ſo vielen numidiſchen Reitern, als er aufbringen konnte, bei Sonnenuntergang haſtig auf, und erreichte folgenden Tages um die dritte Stunde eine Ebene, die von Hügeln umringet war. Seine Krieger, vom heftigen Marſche ermüdet, ſträubten ſich gegen alle Befehle. Nun bedeutete er ihnen: „Vakka ſei nur tauſend Schritte entfernt: Ehre rufe ſie auf, die noch übrige Be-

quum laborem aequo animo pati, dum pro civibus suis, viris fortissumis atque miserrumis, poenas caperent. praeterea praedam benigne ostentat.

Sic animis eorum arrectis, equites in primo latere, pedites quam artissume ire, signa occultare jubet.

69 Vagenses ubi animum advortere, ad se vorsum exercitum pergere; primo, uti erat res, Metellum rati, portas clausere: deinde, ubi neque agros vastari, et eos, qui primi aderant; Numidas equites vident; rursum Jugurtham arbitrati, cum magno gaudio obvii procedunt.

Equites peditesque, repente signo dato, alii volgum effusum oppido caedere: alii ad portas festinare; pars turris capere: ira atque praedae spes amplius, quam lassitudo posse.

Ita Vagenses biduum modo ex perfidia laetati: civitas magna et opulens poenae cuncta aut praedae fuit.

Turpilius, quem praefectum oppidi unum ex omnibus profugisse supra ostendimus, jussus a Metello caussam dicere, postquam sese parum expurgat, condemnatus, verberatusque capite poenas soluit. nam is civis ex Latio erat.

ſchwerde zu beſtehen: denn ſie müſsten ihre Bürger, die rechtſchaffenſten, aber unglücklichſten Männer rächen.“ Auch wies er ihnen groſsmüthig auf die Beute hin. Als er ihren Muth ſo geweckt hatte, ſtellte er die Reiterei an die Spitze; das Fuſsvolk aber lieſs er mit verſteckten Fahnen enggeſchloſſen folgen.

Als Vakka's Bewohner merkten, daſs das Heer 69
gegen die Stadt rückte, glaubten ſie erſt, wie es auch war, daſs Metellus nahe, und ſchloſſen die Thore. So bald ſie aber ſahen, daſs die Gegend nicht geplündert würde, und an der Spitze nur numidiſche Reiter entdeckten, glaubten ſie wieder, Jugurtha ſei gekommen; und zogen ihm mit lauter Freude entgegen. Doch hieben itzt Reiter und Fuſsknechte, auf plötzlich gegebenes Zeichen, das aus der Stadt ſtrömende Volk nieder: andere ſtürmten die Thore hinan; einige nahmen Thürme weg; Zorn und Beutgierde ſiegte über ihre Müdigkeit. So freute ſich Vakka's Volk nur zwei Tage ſeiner Verrätherei: die groſse, reiche Stadt ward der Rache, oder Plünderung preis gegeben. Turpilius, der Stadthalter, welcher ſich, wie ich ſagte, der einzige aus allen, geflüchtet hatte, muſste ſich vor Metellus vertheidigen. Seine Rechtfertigung war ſchwach: er ward daher, als Bürger von Latium, verurtheilt, gegeiſelt und enthauptet.

Per idem tempus Bomilcar, cujus impulsu Jugurtha deditionem, quam metu deseruit, inceperat, suspectus regi, et ipse eum suspiciens, novas res cupere: ad perniciem ejus dolum quaerere; diu noctuqne fatigare animum. denique omnia tentando, socium sibi adjungit Nabdalsam, hominem nobilem, magnis opibus, carum acceptumque popularibus suis: qui plerumque seorsum ab rege exercitum ductare, et omnes res exsequi solitus erat, quae Jugurthae fesso, aut majoribus adstricto superaverant: ex quo illi gloria opesque inventae.

Igitur utriusque consilio dies insidiis statuitur: cetera, uti res posceret, ex tempore parari placuit.

Nabdalsa ad exercitum profectus, quem inter hiberna Romanorum jussus habebat, ne ager, inultis hostibus, vastaretur.

Is postquam, magnitudine facinoris perculsus, ad tempus non venit, metusque rem impediebat; Bomilcar simul cupidus incepta patrandi, et timore socii anxius, ne, omisso vetere consilio, novum quaereret, litteras ad eum per homines fidelis mittit, mollitiem secordiamque viri accusare, testari deos, per

Itzt ward Bomilkar, auf dessen Antrieb Jugurtha die Uebergabe, die er aus Furcht wieder abschlug, unternommen hatte, dem König verdächtig: aber auch er setzte auf Jugurtha Misstrauen. Er wünschte neue Meutereien, sann auf Tücke, ihn zu Grund zu richten, und ruhte weder bei Tag noch Nacht. Endlich gesellte er sich nach allen Versuchen Nabdalsa bei. Dieser war von Adel, besass bei seinen Reichthümern grosses Ansehen, und genoss der Liebe seiner Landsleute. Er führte das Heer, meistens vom Könige abgesondert, an. Alle Geschäfte, die der ermüdete, oder auf wichtigere Sachen hingehaltene König nicht ausrichten konnte, musste gewöhnlich er vollführen: dadurch gewann er an Ruhm und Macht. Beide setzen einen Tag zur Verrätherei fest: die Ausführung überliessen sie der günstigen Lage. Er reiste zu dem Heere, das er auf Jugurtha's Befehl (damit der Feind das Land nicht ungerochen verwüstete) zwischen dem Winterlager der Römer verlegte. Doch das greulvolle Verbrechen durchschauerte ihn: er traf zur Zeit nicht ein, und Furcht hinderte die Sache. Bomilkar strebte, das Unternehmen zu vollführen; er fürchtete seinen Verbündeten, und ängstete sich, dass er nicht den alten Plan aufgäbe, und einen neuen wählte. Desswegen schickte er durch treue Leute einen Brief an ihn, wo er ihn einen weichlichen, feigen Menschen schalt, und die Götter, zu denen er geschworen hatte, als Zeu-

quos juravisset; praemia Metelli in pestem ne converteret; Jugurthae exitium adesse, ceterum suane, an virtute Metelli periret, id modo agitari: proinde reputaret cum animo suo, praemia, an cruciatum mallet.

71 Sed cum hae litterae adlatae, forte Nabdalsa, exercito corpore fessus, in lecto quiescebat. ubi, cognitis Bomilcaris verbis, primo cura, deinde, uti aegrum animum solet, somnus cepit.

Erat ei Numida quidam negotiorum curator, fidus acceptusque, et omnium consiliorum, nisi novissumi, particeps. Qui postquam adlatas litteras audivit, ex consuetudine ratus opera aut ingenio suo opus esse, in tabernaculum introivit: dormiente illo epistolam, super caput in pulvino temere positam, sumit ac perlegit. dein propere, cognitis insidiis, ad regem pergit.

Nabdalsa, post paullo experrectus, ubi neque epistolam reperit, et rem omnem, uti acta, cognovit: primo indicem persequi conatus; postquam id frustra fuit, Jugurtham placandi gratia accedit, quae ipse paravisset facere perfidia clientis sui praeventa: lacrumans obtestatur per ami-

gen anrief; er warnte ihn, die Geſchenke des Metellus nicht zu ſeinem Fluche umzuſchaffen. Jugurtha's Untergang nahe: es ſei nur darum zu thun, ob er durch ſeine, oder des Metellus Hand falle. Er ſolle alſo wohl überdenken, ob er Lohn, oder Foltern wünſchte.

Nabdalſa hatte ſich eben durch Körperanſtren- 71
gung zu ſehr ermüdet, und ruhte, als der Brief ankam, in ſeinem Bette. Bomilkar's Vorwürfe machten ihn erſt unruhig; dann übermannte ihn, wie es bei einem bekümmerten Herzen gewöhnlich geſchieht, der Schlaf. Ein Numide war ſein treuer Sachwalter, und Theilnehmer jedes Geheimniſſes: nur des letzten nicht. Da er von dem Briefe hörte, hielt er ſeinen Dienſt oder Rath, wie ſonſt, für nöthig, und trat in das Zelt. Während Nabdalſa ſchlief, nahm er den Brief, den ſein Herr unbehutſam ober dem Haupte in das Kiſſen geſteckt hatte, und durchlas ihn. Kaum entdeckte er die Verrätherei, ſo eilte er ſogleich zum Könige. Nabdalſa erwachte bald nachher. Als er keinen Brief fand, und den ganzen Hergang der Sache von Ueberläufern erfuhr, ließs er dem Angeber zuerſt nachſetzen. Da er ihn nicht mehr einholen konnte, gieng er, um Gnade zu erflehen, ſelbſt zu Jugurtha. Er betheuerte, ſein treuloſer Pflegeſohn ſei ihm in ſeinem Entſchluſſe nur vorausgeeilt. Er beſchwur ihn unter Thränen, bei ſeiner Freund-

citiam, perque sua antea fideliter acta, ne super tali scelere suspectum sese haberet.

72 Ad ea rex aliter, atque animo gerebat, placide respondit. Bomilcare aliisque multis, quos socios insidiarum cognoverat, interfectis, iram oppresserat: ne qua ex eo negotio seditio oriretur.

Neque post id locorum Jugurthae dies, aut nox ulla quieta fuere: neque loco, neque mortali cuiquam, aut tempori satis credere: civis, hostis juxta metuere: circumspectare omnia, et omni strepitu pavescere: alio atque alio loco, saepe contra decus regium noctu requiescere: interdum somno excitus, arreptis armis tumultum facere. ita formidine, quasi vecordia, exagitari.

73 Igitur Metellus, ubi de casu Bomilcaris et indicio patefacto ex perfugis cognovit, rursus, tamquam ad integrum bellum, cuncta parat festinatque. Marium, fatigantem de profectione, simul et invisum, et offensum sibi, parum idoneum ratus, domum dimittit.

Et Romae plebes, litteris, quae de Metello ac Mario missae erant, cognitis, volenti animo de ambobus acceperant. Imperatori nobilitas,

ſchaft, bei ſeinen vorigen treuen Thaten, ihn ja nicht eines ſolchen Verbrechens fähig zu halten.

Der König antwortete, gegen ſeine Herzens- 72
empfindung, voll ſchonender Gnade; ließs zwar Bomilkar, und andere entdeckte Mitverräther hinrichten; doch unterdrückte er die weitern Ausbrüche ſeines Zorns, damit nicht aus dieſem Handel neue Empörung entſtände. Seit dem Augenblicke genoſs Jugurtha weder bei Tag, noch bei Nacht, Ruhe. Er traute keinem Menſchen, keinem Orte, keiner Stunde: Bürger oder Feind war ihm gleich furchtbar: er ſpähte alles ſchüchtern aus, und erblaſste bei dem leiſeſten Geräuſche; er änderte, gegen den Wohlſtand der Königswürde, oft ſein Ruhelager: manchmal griff er, vom Schlafe aufgeſchreckt, nach den Waffen, und erregte Lärm. Angſt trieb ihn, wie Wahnsinn, unſtete umher.

Sobald Metellus von Bomilkar's Falle, und der 73
entdeckten Verſchwörung durch Ueberläufer Nachricht erhielt, rüſtete er ſich eilig mit ganzer Macht; als wenn der Krieg erſt begänne. Den Marius, der ſtets auf die Abreiſe drang, entließs er nach Hauſe: er verſprach ſich von einem ſo verhaſsten, feindlich geſinnten Manne ohnehin wenig Hilfe. Das Volk zu Rom hörte die Nachrichten aus den Briefen über Metellus und Marius mit Wohlgefallen an. Der Adel des Imperators, wel-

quae antea decori, invidiae esse: at illi alteri generis humilitas favorem addiderat. ceterum in utroque magis studia partium, quam bona, aut mala sua moderata. Praeterea seditiosi magistratus volgum exagitare, Metellum omnibus concionibus capitis arcessere, Marii virtutem in majus celebrare.

Denique plebes sic accensa, uti opifices agrestesque omnes, quorum res fidesque in manibus sitae erant, relictis operibus frequentarent Marium, et sua necessaria post illius honorem ducerent. Ita, perculsa nobilitate, post multas tempestates novo homini consulatus mandatur. et postea populus a Tribuno plebis Manilio Mantino rogatus, QUEM VELLET CUM IUGURTHA BELLUM GERERE? frequens Marium jussit.

Senatus paullo ante Metello decreverat: ea res frustra fuit.

74 Eodem tempore Jugurtha, amissis amicis, quorum plerosque ipse necaverat, ceteri formidine, pars ad Romanos, alii ad regem Bocchum profugerant; cum neque bellum geri sine administris posset, et novorum fidem in tanta perfidia veterum experiri periculosum duceret, varius incer-

eher vorhin sein Ansehn erhöhte, erregte itzt Hass. Dem andern erwarb seine niedere Abkunft neue Gunst: doch wirkte beiderseits mehr Parthei-geist, als die Würdigung der guten oder schlechten Sache. Ueberdiess wiegelten aufruhrsüchtige Magistratspersonen den Pöbel auf; sie klagten Metellus in allen Versammlungen als Todes schuldig an, und priesen des Marius Verdienst immer höher. Endlich gerieth der Pöbel in solch ein Feuer, dass Handwerker und Landleute, deren Glück und Sicherheit auf dem Tagwerke beruhte, ihre Arbeiten verliessen, dem Marius zuströmten, und seine Ehre ihrem nöthigen Unterhalte vorzogen. So ward der Adel niedergebeugt, und ein Mann ohne Ahnen erhielt nach langer Zeit die Konsulwürde wieder. Als der Volkstribun Manlius-Mantinus das Volk fragte, wen es zum Feldherrn gegen Jugurtha bestimmte, wählte es einstimmig den Marius. Der Senat hatte kurz zuvor dem Metellus Numidien zuerkannt: doch er drang nicht durch.

Jugurtha war itzt ohne Freunde: denn die 74
meisten hatte er selbst getödtet; die übrigen flüchteten, aus Furcht, theils zu den Römern, theils zu dem Könige Bocchus. Er konnte ohne Gehilfen keinen Krieg führen: und bei solch einer Untreue der alten Freunde hielt er es für gefährlich, die Treue der neugewählten zu versuchen; so schwankte er, unentschlossen, ohne sichern Rath: keine

tusque agitabat: neque illi res, neque consilium aut quisquam hominum satis placebat; itinera praefectosque in dies mutare: modo advorsum hostes, interdum in solitudines pergere: saepe in fuga, ac post paullo spem in armis habere: dubitare, virtuti popularium, an fidei minus crederet. ita, quocumque intenderat, res advorsae erant.

Sed inter eas moras repente sese Metellus cum exercitu ostendit. Numidae ab Jugurtha pro tempore parati instructique: dein praelium incipitur.

Qua in parte rex adfuit, ibi aliquamdiu certatum: ceteri omnes primo concursu pulsi fugatique. Romani signorum et armorum aliquanto numero, hostium paucorum potiti. nam ferme Numidas in omnibus praeliis pedes magis, quam arma tuta sunt.

75 Ea fuga Jugurtha impensius modo rebus suis diffidens cum perfugis et parte equitatus in solitudines, dein Thalam pervenit, in oppidum magnum et opulentum, ubi plerique thesauri, filiorumque ejus multus pueritiae cultus erat.

Quae postquam Metello comperta, quamquam inter Thalam flumenque proximum, spatio mil-

That, kein Entwurf, kein Menſch entſprach ihm ganz. Er änderte jeden Tag ſeinen Marſch, und ſeine Feldherrn. Bald rückte er gegen den Feind; bald zog er ſich in Wüſteneien zurück. Oft hoffte er ſich durch die Flucht, und dann wieder durch die Waffen zu retten. Er miſstraute der Treue ſeiner Unterthanen eben ſo ſehr, als ihrer Tapferkeit. So zeigte ſich ihm, wo er hinblickte, die traurigſte Lage.

Während er ſo ſäumte, erſchien Metellus plötzlich mit einem Heere. Jugurtha rüſtete und ſtellte ſeine Numiden, ſo gut es die Zeit erlaubte, in Schlachtordnung; das Treffen begann. Wo der König die Schlacht beſeelte, hielt der Kampf ein wenig an; aber alle ſeine übrigen Krieger wurden bei dem erſten Angriffe geſchlagen, und in die Flucht gejagt. Die Römer erbeuteten Fahnen und Waffen; auch eine geringe Anzahl Feinde. Die Numiden ſchützte überhaupt in allen Treffen mehr ihre Schnellfüſsigkeit, als ihr Schwert.

Nach dieſer Niederlage verzweifelte Jugurtha 75
noch mehr an ſeinem Glücke, vertiefte ſich mit den Ueberläufern, und einem Theile der Reiterei in die Wüſteneien, und kam endlich nach Thala, einer groſsen, reichen Stadt, wo die meiſten Schätze lagen, und ſeine Prinzen eine königliche Erziehung erhielten. Metellus erfuhr es bald: er wuſste zwar, daſs zwiſchen Thala und dem näch-

lium quinquaginta, loca arida atque vasta esse cognoverat; tamen spe patrandi belli, si ejus oppidi potitus foret, omnis asperitates supervadere, ac naturam etiam vincere adgreditur.

Igitur omnia jumenta sarcinis levari jubet, nisi frumento dierum decem: ceterum utres modo, et alia aquae idonea portari. Praeterea conquirit ex agris, quam plurimum potest, domiti pecoris; eoque imponit vasa cujusque modi, pleraque lignea, collecta ex tuguriis Numidarum.

Ad hoc finitumis imperat, qui se post regis fugam Metello dederant, quam plurimum quisque aquae portarent, diem, locumque, ubi praesto forent, praedicit. ipse ex flumine, quam proxumam oppido aquam supra diximus, jumenta onerat. Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur.

Deinde ubi ad id loci ventum, quo Numidis praeceperat, et castra posita munitaque sunt; tanta repente coelo missa vis aquae dicitur, ut ea modo exercitui satis superque foret.

Praeterea commeatus spe amplior: quia Numidae, sicuti plerique in nova deditione, officia intenderant. Ceterum milites religione pluvia magis usi: eaque res multum animis eorum ad-

ften Fluffe, in einer Strecke von fünfzigtaufend Schritten, eine fandige, öde Gegend lag; doch die Hoffnung, nach Eroberung diefer Stadt, den Krieg zu enden, befeelte ihn mit Muthe, jede Befchwerde zu überfteigen, und felbft die Natur zu besiegen. Er liefs alfo den Lafthieren alles Gepäcke abnehmen, und nur auf zehn Tage Getreid, ferners Schläuche und andere Waffergefäfse aufladen: von dem Lande trieb er, fo viel als möglich, alle Lafthiere zufammen, und bepackte sie mit Gefchirren jeder Art, meiftens aber mit hölzernen, die man aus den Numidenhütten fammelte. Den Nachbarn, die sich nach des Königs Niederlage an Metellus ergeben hatten, befahl er, raftlos Wafser zu tragen, und beftimmte ihnen Tag und Ort, wo sie bereit ftehen follten. Er felbft liefs aus dem Fluffe, der, wie ich fagte, der Stadt am nächften lag, für die Lafthiere Waffer fchöpfen. So ausgerüftet zog er auf Thala zu.

Als man an dem Orte, wo die Numiden erfcheinen mufsten, und das Lager gefchlagen und befeftiget wurde, angekommen war, ftrömte, wie man erzählt, plötzlich folch ein Regengufs nieder, dafs er allein dem Heere Ueberflufs fchaffte. Die Zufuhr übertraf die Hoffnung; denn die Numiden überfpannten, wie es bei einer neuen Uebergabe meiftens gefchieht, ihren Dienfteifer. Die Krieger bedienten sich aus Religion lieber des Regenwaffers. Diefes Phänomen befeelte ihren Muth noch

didit. nam rati sese dis immortalibus curae esse. Deinde postero die, contra opinionem Jugurthae, ad Thalam perveniunt.

Oppidani, qui se locorum asperitate munitos crediderant, magna atque insolita re perculsi, nihilo segnius bellum parare: idem nostri facere.

76 Sed rex nihil jam infectum Metello credens, quippe qui omnia; arma, tela, locos, tempora, denique naturam ipsam, ceteris imperitantem, industria vicerat, cum liberis et magna parte pecuniae ex oppido noctu profugit; neque postea in ullo loco amplius una die, aut una nocte moratus, simulabat sese negotii gratia properare: ceterum proditionem timebat, quam vitare posse celeritate putabat. nam talia consilia per otium et ex opportunitate capi.

At Metellus ubi oppidanos praelio intentos, simul oppidum et operibus, et loco munitum videt, vallo fossaque moenia circumvenit.

Deinde locis ex copia maxume idoneis vineas agere, aggerem jacere, et super aggerem impositis turribus opus et administros tutari.

mehr: denn sie glaubten, daſs die unſterblichen Götter für ihr Beſtes wachten. Folgenden Tages trafen sie, gegen die Erwartung Jugurtha's, bei Thala ein. Die Städter hielten sich, durch die rauhe Gegend, für beſeſtigt genug: daher ſchreckte sie dieſes groſse und ungewöhnliche Unternehmen nicht wenig. Sie rüſteten sich deſſen ungeachtet muthig zum Kriege: die unſrigen thaten das nämliche.

Nun glaubte der König, es ſei Metellus, der 76
Wehre und Waffen, Ort und Zeit, und ſelbſt die alles beherrſchende Natur durch ſeine Thätigkeit bezwungen hatte, nichts mehr unmöglich. Er flüchtete deſswegen mit ſeinen Kindern und einem groſsen Theile des Schatzes, nächtlicher Weile, aus der Stadt, verweilte von nun an an keinem Orte länger, als einen Tag, oder eine Nacht, und ſtellte sich, aus wichtigen Absichten ſo eilen zu müſſen. In der That ſelbſt fürchtete er nur Verrätherei, die er einzig durch Eile verhüten zu können hoffte: denn Ruhe und günſtige Gelegenheit brüteten ſolche Entwürfe aus.

Als Metellus die Städter zum Treffen entſchloſſen fand, und die Stadt durch Werke und Natur beſeſtigt ſah, umringte er die Mauern mit Wall und Graben; dann lieſs er an den gelegenſten Oertern überall Sturmdächer anrücken, und durch Schanzen und Thürme das Werk und die Arbeiter decken.

Contra haec oppidani festinare, parare: prorsus ab utrisque nihil reliquum fieri. Denique Romani, multo ante labore praeliisque fatigati, post dies quadraginta, quam eo ventum erat, oppido modo potiti: praeda omnis a perfugis corrupta. ii postquam murum arietibus feriri, resque suas adflictas vident, aurum atque argentum, et alia, quae prima ducuntur, domum regiam comportant: ibi vino et epulis onerati, illaque, et domum, et semet igni corrumpunt; et quas victi ab hostibus poenas metuerant, eas ipsi volentes pependere.

77 Sed pariter cum capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellum venerant, orantes, uti praesidium praefectumque eo mitteret; Hamilcarem quemdam, hominem nobilem, factiosum, novis rebus studere, advorsum quem neque imperia magistratuum, neque leges valerent: ni id festinaret, in summo periculo suam salutem, illorum socios fore. Nam Leptitani jam inde a principio belli Jugurthini ad Bestiam consulem, et postea Romam miserant, amicitiam societatemque rogatum. Deinde, ubi ea impetrata, semper boni fidelesque mansere; et cuncta a Bestia, Albino, Metelloque imperata navi fecerant.

Die Städter rüſteten ſich eilig entgegen. Beiderſeits blieb nichts unverſucht. Endlich eroberten die Römer, ſchon lange vorher durch Arbeit und Kampf ermüdet, nach vierzig Tagen ihrer Ankunft die leere Stadt: denn die Ueberläufer hatten alle Beute vertilgt. Als ſie ſahen, daſs Widder die Mauern erſchütterten, und ihre Lage miſslich ſtand, trugen ſie Gold, Silber, und alle Koſtbarkeiten in den Königspalaſt zuſammen; überluden ſich mit Wein und Speiſe, und gaben dann die Schätze, den Palaſt und ſich ſelbſt den Flammen preis. So vollzogen ſie freiwillig die Strafen an ſich, die ſie von dem ſiegreichen Feinde zu befürchten hatten.

Kaum war Thala eingenommen, als von der 77
Stadt Leptis Geſandte an Metellus kamen, und um Beſatzung und einen Führer bathen. Hamilkar, ein aufruhrſüchtiger Edling, ſinne auf Neuerung; er achte weder des Anſehns der Obern, noch der Geſetze. Ohne ſchleunige Hilfe bedrohe ihre Stadt und ihre Verbündete die äuſserſte Gefahr. Die Leptitaner hatten ſchon im Anfange des Jugurthiniſchen Krieges Geſandte an Konſul Beſtia, und dann nach Rom geſchickt, und um Freundſchaft und Bündniſs angeſucht. Man geſtand ihnen die Bitte zu; und ſeither blieben ſie allezeit redlich und treu, und vollzogen alle Befehle des Beſtia, Albinus und Metellus nach der ſtrengſten Pflicht.

Itaque ab imperatore facile, quae petebant, adepti. emissae eo cohortes Ligurum quatuor, et C. Annius praefectus.

78 Id oppidum ab Sidoniis conditum, quos accepimus profugos ob discordias civilis, navibus in eos locos venisse: ceterum situm inter duas Syrtis, quibus nomen ex re inditum. Nam duo sunt sinus prope in extrema Africa impares magnitudine, pari natura: quorum proxuma terrae praealta sunt; cetera, uti fors tulit, alta; alia in tempestate vadosa.

Nam ubi mare magnum esse, et saevire ventis coepit, limum arenamque et saxa ingentia fluctus trahunt: ita facies locorum cum ventis simul mutatur.

Ejus civitatis lingua modo conversa connubio Numidarum: leges, cultusque pleraque Sidonica. quae eo facilius retinebant, quod procul ab imperio regis aetatem agebant. Inter illos et frequentem Numidiam multi vastique loci erant.

79 Sed quoniam in has regiones per Leptitanorum negotia venimus; non indignum videtur egregium

So erhielten sie beim Feldherrn leicht die Erfüllung ihrer Bitte; man ſchickte unter der Aufsicht des Kajus-Annius vier Ligurer Kohorten nach Leptis.

Sidonier bauten einſt dieſe Stadt; sie flüchteten, der Sage nach, bei einer Bürgerfehde aus dem Vaterlande, und ſegelten nach dieſer Gegend. Sie liegt zwiſchen beiden Syrten, die von der Sache ſelbſt den Namen erhielten; denn sie sind zwei Baien, nahe dem äuſserſten Afrika, ungleich an Groſse, gleich an Natur. Nächſt dem Lande sind sie unergründlich tief; auf andern Seiten bald tief, bald wieder eine Fuhrte. Wenn das Meer aufſchwillt, und von Orkanen erbrauſet, ziehen die Fluten Schlamm, Sand, und ungeheure Steine in die Bucht; ſo ändert sich die Ansicht des Ortes zugleich mit den Winden. Von dieſem Zuge *) heiſsen sie Syrten. Die Sprache dieſer Stadt änderte sich bald durch Heirathen mit den Numiden. Geſetze und Sitten sind meiſt sidoniſch. Sie bewahrten dieſe um ſo leichter, je weiter sie von der Königsſtadt entfernet lebten. Zwiſchen ihnen und dem bevölkerten Numidien dehnen sich unwirthliche, weite Wüſteneien hin. 78

Weil uns die Leptitaner Sache in dieſe Gegend rief, finde ich es der Leſer nicht unwürdig, hier 79

*) Von Συρω, ich ziehe.

atque mirabile facinus duorum Carthaginiensium memorare. eam rem locus admonuit. Qua tempestate Carthaginienses pleraeque Africae imperitabant, Cyrenenses quoque magni atque opulenti fuere. Ager in medio arenosus, una specie: neque flumen, neque mons erat, qui finis eorum discerneret; quae res eos in magno diuturno bello inter se habuit. Postquam utrimque legiones, item classes fusae fugataeque, et alteri alteros aliquantum adtriverant; veriti, ne mox victos victoresque defessos alius adgrederetur, per inducias sponsionem faciunt, uti certo die legati domo proficiscerentur; quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque populi finis haberetur.

Igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen Philaenis erat, maturavere iter pergere: Cyrenenses tardius iere. Id secordiane, an casu acciderit, parum cognovi. Ceterum solet in illis locis tempestas haud secus, atque in mari retinere. Nam ubi per loca aequalia et nuda gignentium ventus coortus arenam humo excitavit, ea magna vi agitata, ora oculosque implere solet: ita prospectu impedito, morari iter.

Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores se vident, et ob rem corruptam domi poenas metuunt; criminari, Carthaginienses ante tempus

eine edle, merkwürdige That zweier Karthager aufzuftellen, an die mich der Ort erinnert. Zur Zeit, wo Karthago Afrika's gröfsten Theil beherrfchte, waren auch die Cyrener mächtig und reich. In der Mitte breitet sich eine gleichgeftalte Sandwüfte aus: kein Strom, kein Berg fcheidet ihre Gränze. Diefe Lage verwickelte sie in einen harten, anhaltenden Krieg. Beiderfeits wurden oft Legionen, und Flotten zerftreut und gefchlagen: sie fchwächten sich gegenfeitig nicht wenig. Endlich fürchteten sie, ein anderer Feind möchte zugleich über Besiegte, und die gefchwächten Sieger herfallen. Daher machten sie bei einem Waffenftillftande den Vertrag: Gefandte follten an einem beftimmten Tage vom Haufe abreifen. Der Ort, wo sie sich begegneten, würde die Gränzen beider Völker beftimmen. Karthago fchickte zwei Brüder, Philäner genannt: diefe fetzten ihre Reife rafch fort. Die Cyrener giengen langfamer. Ich konnte nicht entdecken, ob Trägheit, oder ein Zufall Schuld daran war. Denn der Sturm hält in diefen Gegenden den Wanderer, wie auf dem Meere, zurück. Wenn in diefen ebnen, kahlen Gegenden ein Wind den Staub aufwirbelt, fo treibt diefer ftürmend umher, füllet Aug und Mund, hemmt alle Aussicht, und hält den Wandrer auf. Als sich die Cyrener fo weit zurückfahen, und wegen mifslungener Sache zu Haufe beftraft zu werden fürchteten, befchuldigten sie die Karthager, dafs

domo digressos, conturbare rem: denique omnia malle, quam victi abire.

Sed cum Poeni aliam conditionem, tantummodo aequam, peterent, Graeci optionem Carthaginiensium faciunt, vel illi, quos finis populo suo peterent, ibi vivi obruerentur; vel eadem conditione sese, quem in locum vellent, processuros. Philaeni, conditione probata, seque vitamque reipublicae condonavere. ita vivi obruti. Carthaginienses in eo loco Philaenis fratribus aras consecravere; aliique illis domi honores instituti. Nunc ad rem redeo.

80 Jugurtha postquam, amissa Thala, nihil satis firmum contra Metellum putat, per magnas solitudines cum paucis profectus, pervenit ad Gaetulos, genus hominum ferum incultumque, et eo tempore ignarum nominis Romani.

Eorum multitudinem in unum cogit: ac paullatim consuefacit ordines habere, signa sequi, imperium observare, item alia militaria facere. Praeterea regis Bocchi proxumos magnis muneribus, et majoribus promissis ad studium sui perducit. quis adjutoribus regem adgressus, impellit, uti advorsum Romanos bellum suscipiat. Id ea gratia facilius proniusque fuit, quod Bocchus

sie zu frühe von Hause abgereiset wären; verwirrten den ganzen Handel, und wollten lieber alles, als besiegt abziehen. Da die Pöner einen andern, nur billigen Vertrag foderten, liessen die Griechen den Karthagern die Wahl, dass sie sich entweder an der Gränze, die sie für ihr Volk behaupteten, lebendig begraben liessen, oder dass man ihnen unter der nämlichen Bedingniss so weit, als sie nur wollten, vorzurücken erlaubte. Die Philäner nahmen den Vorschlag an, und opferten ihr Leben für das Vaterland. So wurden sie lebendig begraben. Die Karthager weihten dem Philäner Brüderpaare Altäre ein, und feierten ihnen zu Hause noch andere Opfer. Ich kehre zu meinem Gegenstande.

Jugurtha hielt, nach Thala's Verluste, nichts 80
mehr für Metellus unbezwingbar. Er durchwanderte also mit wenigem Geleite grosse Wüsteneien, und langte endlich bei den Gätulern an. Diese rohe, ungebildete Menschenart kannte damals den Römernamen noch nicht. Aus ihr raffte er eine Menge zusammen; gewöhnte sie bald, im Gliede zu stehen, der Fahne zu folgen, dem Befehle zu gehorchen, und andere Kriegerpflichten zu erfüllen. Dann gewann er die Günstlinge des Königs Bocchus durch grosse Geschenke, und noch grössere Verheissungen. Von ihnen unterstützt, gieng er den König an, und beredete ihn zu einem Kriege gegen die Römer. Dieses war um so leichter und

initio hujusce belli legatos Romam miserat, foedus et amicitiam petitum. quam rem opportunissimam incepto bello pauci impediverant, caeci avaritia, quis omnia honesta atque inhonesta vendere mos erat.

Etiam antea Jugurthae filia Bocchi nupserat. Verum ea necessitudo apud Numidas Maurosque levis ducitur: quod singuli, pro opibus quisque, quam plurimas uxores, denas alii, alii plures habent; sed reges eo amplius.

Ita animus multitudine distrahitur; nulla pro socia obtinet: pariter omnes viles sunt.

81 Igitur in locum ambobus placitum exercitus conveniunt. ibi, fide data et accepta, Jugurtha Bocchi animum oratione accendit: Romanos injustos, profunda avaritia, communis omnium hostis esse: eamdem illos caussam belli cum Boccho habere, quam secum et cum aliis gentibus, lubidinem imperitandi: quis omnia regna advorsa sint; tum sese, paullo ante Carthaginienses, item regem Persem, post, uti quisque opulentissumus videatur, ita Romanis hostem fore. His atque aliis talibus dictis ad Cirtam oppidum

thunlicher, als Bocchus im Anfange dieſes Krieges durch Geſandte in Rom um Freundſchaft und Bündniſs anſuchen lieſs. Dieſer Antrag war bei dem unternommenen Kriege der vortheilhafteſte: doch die vom Geitze geblendeten Oligarchen, die gewöhnlich Recht und Unrecht verkauften, ſetzten ſich entgegen. Jugurtha hatte ſich auch zuvor ſchon mit einer Tochter des Bocchus vermählet. Doch ſcheint den Numiden und Maurern dieſe Verbindung nicht wichtig: denn jeder nimmt, gemäſs ſeinem Vermögen, ſo viele Gattinnen, als er will; einige zehen, andere noch mehrere; Könige aber die meiſten. So theilt ſich die Liebe unter die Menge; keine gilt als Lebensgefährtin; alle ſind gleich geringe geachtet.

Die Heere kamen alſo auf dem von beiden be- 81
ſtimmten Orte zuſammen. Hier ſchwur man ſich gegenſeitige Treue; und Jugurtha entflammte des Bocchus Muth durch die Vorſtellungen: „Die Römer ſeien ungerecht; unerſättlich im Geitze, und „die allgemeinen Feinde der Welt. Sie hätten die „nämliche Urſache, Bocchus zu bekriegen, als „ihn, und andere Völker; nämlich die Sucht zu „herrſchen, die ſie gegen alle Reiche aufreitze. „Dadurch ſei er ein Feind der Römer geworden; „vor ihm die Karthager; dann König Perſes; endlich würde es jeder ſeyn, der ihnen reich genug „ſcheine.“ Nach dieſer Unterredung beſchloſſen

iter constituunt: quod ibi Metellus praedam captivosque et impedimenta locaverat. Ita Jugurtha ratus, aut, capta urbe, operae pretium fore; aut si Romanus auxilio suis venisset, praelio sese certaturos.

Nam callidus id modo festinabat, Bocchi pacem imminuere; ne moras agitando, aliud, quam bellum, mallet.

82 Imperator postquam de regum societate cognovit, non temere, neque, uti saepe jam victo Jugurtha consueverat, omnibus locis pugnandi copiam facit: ceterum haud procul ab Cirta, castris munitis, regis opperitur; melius ratus, cognitis Mauris, quoniam is novus hostis accesserat, ex commodo pugnam facere.

Interim Roma per litteras certior fit, provinciam Numidiam Mario datam. nam consulem factum, jam antea acceperat.

Quis rebus supra bonum atque honestum perculsus, neque lacrumas tenere, neque moderari linguam: vir egregius in aliis artibus, nimis molliter aegritudinem pati.

Quam rem alii in superbiam vortebant: alii bonum ingenium contumelia accensum esse: mul-

sie den Zug nach Cirta, wo Metellus die Beute, Gefangene und Gepäcke hinverlegt hatte. Jugurtha glaubte, die eroberte Stadt würde die Mühe reichlich belohnen; oder es müſste zu einem Treffen kommen, wenn der Römer den Seinigen zu Hilfe eilte. Der liſtgewandte König eilte deſswegen ſo ſehr, um Bocchus alle Friedenshoffnung zu benehmen, und ſeine Luſt zum Kriege bei längerm Säumen nicht erſchlaffen zu laſſen.

Als der Feldherr von dem Bunde der Könige 82
hörte, both er nicht auf gerathewohl, noch wie er es gegen den ſchon ſo oft besiegten Jugurtha gewohnt war, an allen Orten ein Treffen an: er erwartete vielmehr nicht weit von Cirtha die Könige in ſeinem verſchanzten Lager; und hielt es für beſſer, die Maurer, dieſen neuen Feind, erſt kennen zu lernen, und dann bei guter Gelegenheit eine Schlacht zu liefern. Indeſs erhielt er von Rom Briefe; die Provinz Numidien ſei dem Marius zuerkannt; denn von ſeiner Konſulwürde hatte er ſchon frühere Nachricht erhalten. Dieſe Zeitung erſchütterte ihn ſo ſehr, daſs er auf Ehre und Wohlſtand vergaſs; er konnte die Thränen nicht zurückhalten; die Zunge nicht mäſsigen. Der Mann, ſo erhaben in andern Tugenden, betrug ſich im Unglücke zu weichmüthig. Einige nannten ſein Betragen Stolz; andere ſagten, dieſe Schmach hätte den hochherzigen Mann zum Zorne entflammt;

ti, quod jam parta victoria ex manibus eriperetur. nobis satis cognitum, illum magis honore Marii, quam injuria sua excruciatum; neque tam anxie laturum fuisse, si ademta provincia alii, quam Mario, traderetur.

83 Igitur eo dolore impeditus, et quia stultitiae videbatur, alienam rem periculo suo curare, legatos ad Bocchum mittit, postulatum, ne sine caussa hostis populo Romano fieret: habere eum magnam copiam societatis amicitiaeque conjungendae, quae potior bello esset; quamquam opibus confideret, non debere incerta pro certis mutare: omne bellum sumi facile, ceterum aegerrume desinere: non in ejusdem potestate initium ejus et finem esse: incipere cuivis, etiam ignavo licere; deponi, cum victores velint. proinde sibi regnoque consuleret; neu florentis res suas cum Jugurthae perditis misceret.

Ad ea rex satis placide verba facit: sese pacem cupere, sed Jugurthae fortunarum misereri. si eadem illi copia fieret, omnia conventura. Rursus imperator contra postulata Bocchi nuncios

viele behaupteten, man reiſse ihm die ſchon erfochtenen Lorbeern vom Haupte. Ich bin überzeugt, daſs ihn des Marius Erhebung mehr, als eigne Schmach, erbitterte, und der Vorfall hätte ihn nie ſo tief geſchmerzt, wenn die ihm abgenommene Provinz ein anderer; nur nicht Marius, erhalten hätte.

Dieſer Schmerz hemmte ſeine Kraft; er hielt 83
es auch für Thorheit, fremde Sache durch eigene Gefahr zu fördern, und ſchickte an Bocchus Geſandte mit dem Auftrage: „Er möchte ſich nicht ohne Urſache zum Feinde des römiſchen Volkes aufwerfen. Er habe auf deſſen Bund und Freundſchaft, die ihm willkommner als Krieg ſeyn müſste, groſsen Zuſpruch. So ſehr er auch auf ſeine Macht traute, ſollte er doch nie Unſicheres für Sicheres wählen. Der Krieg würde leicht angefangen, aber ſehr hart geendet. Ende und Anfang deſſelben hängen nicht von der nämlichen Macht ab. Auch der Feige könne eine Fehde beginnen: nur der Sieger ſetze ihr ein Ziel. Er ſolle alſo ſich und ſeinem Reiche rathen, und ſeinen blühenden Staat nicht Jugurtha's verzweifelter Lage preis geben.“ Der König antwortete mit beſcheidener Würde: „Er wünſche Frieden: doch daure ihn Jugurtha's Miſsgeſchick: wenn man dieſem gleiche Anträge machte, würde alles ins Reine kommen.“ Der Feldherr ſchickte auf die Foderung des Boc-

mittit. ille probare partim, alia abnuere. Eo modo saepe ab utroque missis remissisque nunciis tempus procedere, et, ex Metelli voluntate, bellum intactum trahi.

84 At Marius, ut supra diximus, cupientissuma plebe Consul factus, postquam ei provinciam Numidiam populus jussit, antea jam infestus nobilitati, tum vero multus atque ferox instare: singulos modo, modo universos laedere: dictitare, sese consulatum ex victis illis spolia cepisse; alia praeterea magnifica pro se, et illis dolentia.

Interim, quae bello opus erant, prima habere: postulare legionibus supplementum, auxilia a populis et regibus sociisque arcessere: praeterea ex Latio fortissimum quemque, plerosque militiae, paucos fama cognitos accire, et ambiendo cogere homines emeritis stipendiis secum proficisci.

Neque illi Senatus, quamquam adversus erat, de ullo negotio abnuere audebat; ceterum supplementum etiam laetus decreverat: quia, neque plebe militiam volente, putabatur Marius aut belli usum, aut studia volgi amissurus.

chus neue Gesandten. Dieser genehmigte einige Vorschläge: andere verwarf er. Während die Gesandten beiderseits so wechselten, verstrich die Zeit; und der Krieg zog sich, nach des Metellus Wunsch, ohne daſs etwas geschah, in die Länge.

Marius ward, wie ich schon sagte, durch den 84
Feuereifer des Volkes, Konsul: das nämliche übertrug ihm auch die Provinz Numidien. Er bewies sich schon vorher als einen Feind des Adels; aber itzt trat er, bei jeder Gelegenheit, als sein trotziger Gegner auf. Bald beleidigte er die Edlinge persönlich; bald ihren ganzen Stand: er pralte, das Konsulat sei ihm, als die Beute der Besiegten, zugefallen. So erlaubte er sich andere Ausdrücke, die für ihn ehrenvoll; für den Adel kränkend waren. Indeſs betrieb er die Kriegsgeschäfte vor allen; foderte Ergänzung der Legionen; rief Hilfsvölker von Königen, Nationen und Verbündeten herbei; dann zog er alle tapfern Krieger Latiens, von denen er die meisten im Felde, wenige aus dem Rufe kannte, an sich; selbst Ausgediente brachte er durch Zuspruch auf seine Seite. Der Senat war ihm zwar abgeneigt; doch wagte er es nicht, eine seiner Foderungen abzuschlagen. Die Truppenergänzung sagte er ihm sogar freudig zu. Bei der Abneigung des Volkes vor dem Kriegerstande hoffte er, Marius würde entweder die Hilfsquellen des Krieges, oder die Volkesgunst verlieren.

Sed ea res frustra sperata. tanta lubido cum Mario eundi plerosque invaserat. Sese quisque praeda locupletem, victorem domum rediturum, alia hujuscemodi animis trahebant, et eos non paullum oratione sua Marius arrexerat. Nam postquam, omnibus, quae postulaverat, decretis, milites scribere volt, hortandi caussa simul, et nobilitatem, uti consueverat, exagitandi, concionem populi advocavit. Deinde hoc modo disseruit.

85 „Scio ego, Quirites, plerosque non iisdem „artibus imperium a vobis petere, et, postquam „adepti sunt, gerere: primo industrios, sup„plices, modicos esse; dehinc per ignaviam et „superbiam aetatem agere. sed mihi contra ea „videtur. Nam quo universa respublica pluris „est, quam consulatus aut praetura, eo majore „cura administrari, quam haec peti debere.

„Neque me fallit, quantum cum maxumo be„neficio vestro negotii sustineam.

„Bellum parare, simul, et aerario parcere; „cogere ad militiam, quos nolis offendere; domi „forisque omnia curare; et ea agere inter in„vidos, occursantis, factiosos, opinione, Qui„rites, asperius est. Ad hoc, alii si delique„re, vetus nobilitas, majorum facta fortia, cog-

Doch dieſe Hoffnung ſchlug fehl. Die meiſten glühten vor Begierde, mit Marius in das Feld zu ziehen. Reiche Beute; ein ſiegreicher Rückzug nach Hauſe; ſolche Bilder erhitzten ihre Phantaſie; und Marius feuerte ſie durch ſeine Rede noch mehr an: denn ſo bald er nach Bewilligung ſeiner Foderungen Krieger werben wollte, berief er eine Verſammlung, und hielt, theils das Volk zu ermuntern, theils den Adel, nach ſeiner Gewohnheit, durchzuziehen, folgende Rede.

„Ich weiſs es, Quiriter! daſs die Meiſten an- 85
„ders um eure Ehrenſtellen werben: anders ſich
„nachher in ihrem Beſitze betragen: denn zuvor
„ſind ſie thatenſtrebend, herablaſſend, beſchei-
„den: aber dann wird ihr Leben Trägheit und
„Stolz. Mir ſcheint das Gegentheil Pflicht. Wie
„der ganze Staat erhabner iſt, als das Konſulat
„und die Prätur; ſo muſs man auch bei Staatsver-
„waltung gröſsern Eifer zeigen, als bei dem Ge-
„ſuche der Ehrenſtellen. Ich ſehe es ein, welche
„laſtende Pflicht eure höchſte Wohlthat mir auf-
„legt. Krieg ausrüſten, und der Staatskaſſe ſcho-
„nen; Freunde, die man nicht gerne beleidigt,
„zum Dienſte zwingen; alles von innen und von
„auſsen beſorgen; und dieſes gegen Neid, Wider-
„ſpruch und Partheigeiſt durchkämpfen; dieſs,
„Quiriter! iſt ſchwerer, als man glaubt. Die Feh-
„ler anderer deckt alter Adel, die Heldenthaten

„natorum et adfinium opes, multae clientelae, „omnia haec praesidio adsunt: mihi spes omnes „in memet sitae, quas necesse est et virtute, „et innocentia tutari. nam alia infirma sunt.

„Et illud intelligo, Quirites, omnium ora „in me conversa esse: aequos bonosque favere „(quippe benefacta mea reipublicae procedunt): „nobilitatem locum invadendi quaerere.

„Quo mihi acrius adnitendum est, ut neque „vos capiamini, et illa frustra sint.

„Ita ad hoc aetatis, a pueritia fui, ut om„nis labores, pericula consueta habeam.

„Quae ante vestra beneficia gratuito facie„bam, ea uti, accepta mercede, deseram, non „est consilium, Quirites. Illis difficile est in „potestatibus temperare, qui per ambitionem sese „probos simulavere: mihi, qui omnem aetatem „in optimis artibus egi, benefacere jam ex con„suetudine in naturam vertit.

„Bellum me gerere cum Jugurtha jussistis; „quam rem nobilitas aegerrume tulit. Quaeso, „reputate cum animis vestris, num id mutare „melius sit, si quem ex illo globo nobilitatis ad

„der Ahnen, die Macht der Verwandten und „Freunde, die Menge der Klienten; alle diese „Vorzüge gewähren ihnen Schutz: aber meine „ganze Hoffnung gründet sich nur auf mich selbst; „und diese findet keinen andern Schutz, als in „Verdienst und Unbescholtenheit. Denn alles Ue- „brige ist kraftlos. Auch das entgeht mir nicht, „Quiriter! daſs aller Augen auf mich gerichtet „sind. Rechtschaffene und Gutgesinnte stehen für „mich: denn meine Thaten frommen dem Vater- „lande: aber der Adel sucht Gelegenheit, mich „anzugreifen. Ich muſs also um so eifriger stre- „ben, daſs man euch nicht hintergehe; daſs ich „den Angriff der Edlinge vereitle. Ich lebte von „meiner Jugend, bis auf diese Tage so, daſs ich „mir Arbeit und Gefahr zur Gewohnheit machte. „Was ich, vor euren Wohlthaten, ohne Beloh- „nung that, denke ich, Quiriter! nach empfange- „nem Lohne, wahrlich nicht aufzugeben. Für „jene, die aus Ehrgeitz Tugend heucheln, ist es „schwer, sich bei der Obermacht zu mäſsigen: „ich aber brachte mein ganzes Leben unter schö- „nen Handlungen hin. So ward mir Wohlthun „durch Gewohnheit zur Natur. Ihr wähltet mich „zum Feldherrn des Kriegs gegen Jugurtha: diese „Wahl kränkte den Adel auf das Tiefste. Fasset „nun, ich bitte euch, selbst zu Gemüthe, ob ihr „das besser machen würdet, wenn ihr zu diesem „oder jenem Posten Einen aus dem Schwalle des

„hoc, aut aliud tale negotium mittatis, homi„nem veteris prosapiae ac multarum imaginum, „et nullius stipendii: scilicet ut in tanta re, „ignarus omnium, trepidet, festinet, sumat „aliquem ex populo monitorem officii.

„Ita plerumque evenit, ut quem vos impe„rare jussistis, is imperatorem alium quaerat. „Ac ego scio, Quirites, qui, postquam Consu„les facti sunt, acta majorum et Graecorum mi„litaria praecepta legere coeperint; homines prae„posteri. Nam gerere, quam fieri, tempore „posterius, re atque usu prius est.

„Comparate nunc, Quirites, cum illorum „superbia me hominem novum. Quae illi audire „et legere solent, eorum partem vidi, alia ego„met gessi: quae illi litteris, ego militando di„dici. Nunc vos existumate, facta an dicta plu„ris sint. Contemnunt novitatem meam; ego „illorum ignaviam: mihi fortuna, illis probra „objectantur. quamquam ego naturam unam et „communem omnium existimo, sed fortissimum „quemque generosissimum.

„Ac si jam ex patribus Albini aut Bestiae „quaeri posset, mene, an illos ex se gigni ma„luerint; quid responsuros creditis, nisi, sese „liberos quam optumos voluisse? Quod si jure

„Adels hinſchicktet, der sich zwar des alten Ge„ſchlechts und vieler Ahnenbilder rühmt; aber nie „den Dienſt mitmachte; vielleicht deſswegen, da„mit er, unerfahren in allem, eine ſo wichtige „Sache verwirre, übereile, und endlich einen „Helfershelfer aus dem Volke wähle? So ſucht „sich gewöhnlich der von euch gewählte Feld„herr wieder einen andern Feldherrn. Ich kenne „ſogar einige, die dann erſt, nachdem sie die Kon„ſulwürde erhalten hatten, die Vätergeſchichte „und Kriegskunſt der Griechen laſen. O, der ver„kehrten Menſchen! Ausübung folgt auf Ausbil„dung: doch im Werke bei Nutzanwendung wird „sie vorausgeſetzt. Vergleichet nun, Quiriter! „mich ahnenloſen Mann mit dieſen ſtolzen Edlin„gen. Was sie gewöhnlich hören oder leſen, das „ſah ich mit Augen, oder führte es im Werke aus. „Was sie aus Büchern lernen, lernte ich im Kriege. „Entſcheidet nun, ob Worte oder Thaten mehr „werth sind. Sie verachten meine Ahnenlosigkeit; „ich ihre Feigheit. Mir wirft man meinen Stand; „ihnen aber ihre Schandthaten vor. Ich glaube, „daſs uns die Natur von einem und dem nämlichen „Stoffe ſchuf: nur der Tapferſte iſt auch der Ade„lichſte. Könnte man die Väter des Albinus und „Bestia fragen, ob sie lieber mich, als jene, zum „Sohne wünſchten, welche Antwort erwartet ihr „von ihnen, als: daſs sie Kinder vom beſten Cha„rakter wünſchten? Wenn sie mich mit Recht

„me despiciunt, faciunt idem majoribus suis, „quibus, uti mihi, ex virtute nobilitas coepit.

„Invident honori meo; ergo invideant et la„bori, innocentiae, periculis etiam meis, quo„niam per haec illum cepi. Verum homines cor„rupti superbia ita aetatem agunt, quasi vestros „honores contemnant; ita hos petunt, quasi „honeste vixerint.

„Ne illi falsi sunt, qui divorsissimas res pa„riter exspectant, ignaviae voluptatem et prae„mia virtutis. Atque etiam cum apud vos, aut „in senatu verba faciunt, pleraque oratione ma„jores suos extollunt; eorum fortia facta memo„rando clariores sese putant: quod contra.

„Nam quantum vita illorum praeclarior, tan„to horum secordia flagitiosior. Et profecto ita „se res habet; majorum gloria posteris lumen „est, neque bona, neque mala in occulto pa„titur.

„Hujusce rei ego inopiam patior, Quirites; „verum id, quod multo praeclarius est, meamet „facta mihi dicere licet. Nunc videte, quam „iniqui sint. Quod ex aliena virtute sibi adro„gant, id mihi ex mea non concedunt: scilicet,

„verachten, so thun sie das nämliche auch ihren „Vorältern, die ihren Adel, wie ich, durch persönliches Verdienst gründeten. Sie beneiden mich „um meine Ehrenstelle; so mögen sie mich auch „um meine Arbeiten, meine Unbescholtenheit, und „meine Gefahren beneiden: denn jene erkämpfte „ich durch diese. Doch die vom Stolze geblendeten Leute richten ihr Leben so ein, als wenn sie „eure Ehrenstellen verachteten; und werben so „darum, als wenn sie rechtschaffen gelebt hätten. „Wahrlich, sie irren gewaltig, wenn sie so widersprechende Dinge, die Wollust der Trägheit, „und den Lohn der Tugend, zu vereinen wünschen. „Wenn sie vor euch, oder im Senate Reden halten, so erheben sie in glänzenden Ausdrücken „ihre Vorältern, erzählen deren Heldenthaten, „und wähnen, dadurch selbst glorreich zu seyn. „Ich finde das Gegentheil. Je herrlicher das Leben ihrer Väter war; desto ehrloser ist ihre Unthätigkeit. Gewiss, die Sache verhält sich so. „Der Ruhm der Ahnen breitet über die Nachkömmlinge ein Licht aus, das weder ihre guten, noch „schlechten Thaten im Dunkel läſst. Dieser Vorzug ist mir zwar versagt; doch besitze ich, Quiriter! selbst einen noch glänzendern: ich kann „mich meiner eignen Thaten rühmen. Seht nur, „wie unbillig sie denken. Sie maſsen sich eines „fremden Verdienstes an; und misgönnen mir „mein eigenes; und das, weil ich keine Ahnen-

„quia imagines non habeo, et quia mihi nova „nobilitas est; quam certe peperisse melius est, „quam acceptam corrupisse. Equidem ego non „ignoro, si jam respondere velint, abunde illis „facundam et compositam orationem fore. Sed „in maxumo vestro beneficio, cum omnibus locis „me vosque maledictis lacerent, non placuit re„ticere: ne quis modestiam in conscientiam du„ceret. Nam me quidem, ex animi sententia, „nulla oratio laedere potest. quippe vera necesse „est bene praedicet; falsam vita moresque mei „superant. Sed quoniam vestra consilia accu„santur, qui mihi summum honorem, et ma„xumum negotium imposuistis: etiam atque etiam „reputate, num id poenitundum sit.

„Non possum fidei caussa imagines, neque „triumphos, aut consulatus majorum meorum „ostentare; at, si res postulet, hastas, ve„xillum, phaleras, alia militaria dona; prae„terea cicatrices advorso corpore. Hae sunt meae „imagines, haec nobilitas, non haereditate re„licta, ut illa illis; sed quae ego plurimis la„boribus et periculis quaesivi.

„Non sunt composita verba mea; parum id „facio. ipsa se virtus satis ostendit: illis arti„ficio opus est, uti turpia facta oratione tegant. „Neque litteras Graecas didici: parum placebat

„bilder habe; weil mein Adel neu ist. Doch ist es „gewiſs edler, den Adel gründen, als den ererbten „schänden. Ich bin überzeugt, daſs, wenn sie mir „itzt antworten wollten, ihre Rede hinströmend „und wohlgemessen seyn würde. Da sie mich und „euch an allen Orten lästern, so konnte ich, da- „mit man nicht meine Bescheidenheit für böses „Gewissen deutete, bei eurer höchsten Wohlthat „nicht schweigen. Mich kann, nach meiner Denk- „art, keine Rede beleidigen. Ist sie wahr, so „muſs sie mir Lob sprechen; ist sie Lästerung, so „wird sie durch mein Leben, durch meine Sitten „widerlegt. Sie klagen über eure Wahl, daſs ihr „mir die höchste Stelle, und das wichtigste Ge- „schäft vertrautet: überdenket denn reif, ob euch „die Wahl gereuen müsse. Ich kann keine Ahnen- „bilder, keine Siegesgepränge, oder Konsulate meiner „Väter zur Bürgschaft aufweisen: aber ich kann, „wenn es seyn muſs, Lanzen, Fahnen, Reiterrü- „stung, Kriegslorbern, und eine benarbte Brust zei- „gen. Dieses sind meine Ahnenbilder; dieses mein „Adel, den ich nicht, wie sie, als Erbe erhielt, „sondern durch zahllose Arbeiten und Gefahren „erkämpfte. Meine Worte sind nicht zierlich ab- „gemessen. Ich halte diese Gabe für gering: Tu- „gend zeigt sich durch eigene Schönheit genug. „Jene bedürfen des künstlichen Wörterprunkes, „um ihre Schandthaten in einen glänzenden Vor- „trag einzuhüllen. Ich lernte nicht griechische

„eas discere; quippe quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt. At illa multo optuma reipublicae doctus sum; hostem ferire, praesidia agitare; nihil metuere, nisi turpem famam; hiemem et aestatem juxta pati; humi requiescere; eodem tempore inopiam et laborem tolerare.

„His ego praeceptis milites hortabor: neque illos arcte colam, me opulenter; neque gloriam meam laborem illorum faciam. Hoc est utile, hoc civile imperium.

„Namque cum tute per mollitiem agas, exercitum supplicio cogere, id est, dominum, non imperatorem esse. Haec atque talia majores vestri faciundo seque remque publicam celebravere. Quis nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorum aemulos contemnit: et omnis honores non ex merito, sed quasi debitos a vobis repetit. Ceterum homines superbissumi procul errant.

„Majores eorum omnia, quae licebat illis, reliquere, divitias, imagines, memoriam sui praeclaram. virtutem non reliquere; neque poterant: ea sola neque datur dono, neque accipitur. Sordidum me et incultis moribus ajunt; quia parum scite convivium exorno, neque hi-

„Litteratur. Ich wollte sie nicht lernen; da sie „selbst ihre Lehrer wenig zur Tugend bildete: „doch ich lernte, was dem Vaterlande am besten „frommet; den Feind hinstrecken; den Posten be- „haupten, nichts fürchten, als schändliche Nach- „rede; Frost und Hitze ohne Unterschied ertragen; „auf dem Boden ruhen; und zur nämlichen Zeit „Mangel und Arbeit bestehen: das ist meine Weis- „heit. Durch diese Grundsätze will ich meine „Krieger bilden. Ich will sie nicht strenge, mich „aber schonend behandeln; ich will nicht ihre „Arbeit zu meinem Ruhme machen. So denkt ein „nützlicher, bürgerlichgesinnter Feldherr. Für „sich selbst in Weichlicheit leben; das Heer entge- „gen durch harte Zucht drücken, das thut der Ty- „rann; nicht der Feldherr. Nur durch diese und „ähnliche Thaten machten eure Väter sich, und „den Staat so berühmt. Auf diese Männer pocht „der Adel; und ist ihnen doch an Sitten so unähn- „lich; und verhöhnet uns, ihre Nacheiferer. Er „fodert alle Würden, nicht als Verdienst, sondern „als Schuldigkeit von euch. Allein die unbändig- „stolzen Leute irren weit. Ihre Voraltern hin- „terliessen ihnen alles, was sie konnten; Reich- „thümer, Ahnenbilder, und ihr herrliches Anden- „ken; nur Tugend nicht: denn dieses war unmög- „lich. Diese kann man weder schenken, noch er- „ben. Sie nennen mich einen rohen, ungebildeten „Mann; und das, weil ich die Kunst nicht ver-

„strionem ullum, neque pluris pretii coquum, „quam villicum, habeo. quae mihi lubet con- „fiteri. Nam ex parente meo, et ex sanctis vi- „ris ita accepi, munditias mulieribus, viris la- „borem convenire; omnibusque bonis oportere „plus gloriae, quam divitiarum, arma, non „suppellectilem decori esse.

„Quin ergo quod juvat, quod carum aestu- „mant, id semper faciant: ament, potent; ubi „adolescentiam habuere, ibi senectutem agant, „in conviviis, dediti ventri et turpissimae parti „corporis: sudorem, pulverem, et alia talia re- „linquant nobis, quibus illa epulis jucundiora „sunt.

„Verum non est ita. Nam ubi se omnibus „flagitiis dedecoravere turpissumi viri, bonorum „praemia ereptum eunt.

„Ita injustissume luxuria et ignavia, pes- „sumae artes, illis, qui coluere eas, nihil ob- „ficiunt; reipublicae innoxiae cladi sunt. Nunc „quoniam illis, quantum mores mei, non illo- „rum flagitia, poscebant, respondi; pauca de „republica loquar.

„Primum omnium de Numidia bonum habe- „tote animum, Quirites. Nam quae ad hoc tem-

„ſtehe, ein Gaſtmahl zu ordnen; weil ich keinen „Sänger halte, und meinen Koch nicht höher, als „meinen Meier beſolde: und das läugne ich nicht, „Quiriter! Ich erhielt von meinem Vater, und „andern würdigen Männern den Unterricht: Putz „zieme dem Weibe: Arbeit dem Manne. Jeder „Edelgesinnte ſtrebe mehr nach Ruhme, als nach „Gelde. Waffen; nicht Hausrath ſei Helden„ſchmuck. Laſſen wir den Edlingen ihre Freuden, „ihre hochgeſchätzten Güter für immer; laſſen wir „ihnen ihre Liebeshändel; ihre Trunkgelage; mö„gen sie ihr Greiſenalter, wie ihre Jugend, beim „Schmauſe, als Sklaven der Sinnlichkeit und Un„zucht, verſchwelgen! Staub, Schweiſs, und an„dere Abenteuer, die uns mehr als ihre Lecker„gerüchte entzücken, gönnen sie uns zum An„theile. Doch es geſchieht gerade das Gegentheil. „Wenn sich die ehrloſeſten Männer durch alle „Schandthaten gebrandmarkt haben, dann gehen „sie hin, dem Rechtſchaffenen ſeinen Lohn zu „entreiſsen. So bringen, auf die ungerechteſte „Weiſe, Schwelgſucht und Müſsiggang, die ver„ruchteſten Laſter, dem Sünder ſelbſt keinen Scha„den: aber das unſchuldige Vaterland richten sie „zu Grund. Ich habe dieſen geantwortet, wie es „mein Charakter; nicht, wie es ihre Schandtha„ten foderten. Nun noch einige Worte über den „Staat. Seid erſtens, Quiriter! wegen Numidien „unbekümmert. Was Jugurtha bisher ſchützte,

„pus Jugurtham tutata sunt, omnia removistis, „avaritiam, imperitiam, superbiam. Deinde ex„ercitus ibi est, locorum sciens; sed mehercule „magis strenuus, quam felix. Nam magna pars „avaritia, aut temeritate ducum adtrita est.

„Quamobrem vos, quibus militaris aetas, ad„nitimini mecum et capessite rempublicam: ne„que quemquam ex calamitate aliorum, aut im„peratorum superbia metus ceperit. Egomet in „agmine, in praelio consultor idem et socius pe„riculi vobiscum adero; meque vosque in omni„bus rebus juxta geram. Et profecto, dis ju„vantibus, omnia matura sunt, victoria, prae„da, laus: quae si dubia aut procul essent, „tamen omnis bonos reipublicae subvenire de„cebat.

„Etenim ignavia nemo immortalis factus; ne„que quisquam parens liberis, uti aeterni fo„rent, optavit; magis, uti boni honestique vi„tam exigerent. Plura dicerem, Quirites, si „timidis virtutem verba adderent: nam strenuis „abunde dictum puto."

86 Hujuscemodi oratione habita, Marius postquam plebis animos arrectos videt, propere commeatu, stipendio, armis, aliis utilibus navis

„Geitz, Unerfahrenheit, Stolz, habt ihr alles aus „dem Wege geräumt. Dann steht dort ein Heer, „das der Lage kundig ist; aber, beim Herkules! „mehr Tapferkeit, als Glück besitzt. Denn ein „großer Theil ward durch den Geitz, oder die Toll-„kühnheit der Führer aufgerieben. Schließet also „ihr, die das Alter waffenfähig macht, eure Kraft „an die meinige; kämpfet für den Staat. Keinen „schrecke die Niederlage der andern, oder der Stolz „der Feldherrn zurück. Ich werde auf dem Zuge, „im Kampfe, euer Rathgeber, euer Mitkämpfer bei „jeder Gefahr seyn; ich werde mich und euch in „jeder Lage gleich behandeln. In der That, alles, „Sieg, Beute, Ruhm, ist unter dem Schutze der „Götter bald entschieden. Wenn auch diese Güter „ungewiss, oder ferne wären, so foderte doch je-„den Edelgesinnten schon die Pflicht auf, dem „Vaterlande zu Hilfe zu eilen. Gewiss! Feig-„heit gewährt Niemanden Unsterblichkeit; auch „wünschte nie ein Vater seinen Kindern, dass sie „ewig; sondern dass sie edel und rechtschaffen „lebten. Ich würde noch mehr sagen, Quiriter! „wenn Worte feige Menschen mit Muth beseelten: „für tapfere Männer glaube ich genug gesprochen „zu haben."

Als Marius das Volk durch diese Rede aufge- 86
regt sah, belud er eilig Schiffe mit Lebensmitteln, Geld, Waffen, und andern Bedürfnissen, und liess

onerat: cum his A. Manlium legatum proficisci jubet. Ipse interea milites scribere non more majorum, neque ex classibus, sed uti cujusque lubido erat, capite censos plerosque. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem consulis memorabant; quod ab eo genere celebratus auctusque erat; et homini potentiam quaerenti egentissumus quisque opportunissumus: cui neque sua curae, quippe quae nulla sunt, et omnia cum pretio honesta videntur.

Igitur Marius cum majore aliquanto numero, quam decretum erat, in Africam profectus, diebus paucis Uticam advehitur. Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato. nam Metellus conspectum Marii fugerat: ne videret ea, quae audita animus tolerare nequiverat.

87 Sed consul, expletis legionibus cohortibusque auxiliariis, in agrum fertilem et praeda onustum proficiscitur. omnia ibi capta militibus donat. dein castella et oppida natura et viris parum munita adgreditur; praelia multa, ceterum alia levia aliis locis facere.

Interim novi milites sine metu pugnae adesse: videre fugientis capi, occidi: fortissumum quem-

den Legat A. Manlius mit abreisen. Er warb indess Krieger; nicht nach Vätersitte, nicht nach Klassen; sondern wie jeder Lust hatte; meistens Leute ohne Vermögen. Einige sagten, der Konsul habe aus Mangel besserer Krieger; andere, aus Ehrsucht, so geworben: denn diese Gattung Leute waren seine Lobredner und Beförderer: und einem Manne, der nach Macht strebt, muss der Dürftigste, der sich, weil er nichts hat, um nichts bekümmert; und alles, was Geld bringt, ehrenvoll nennet, stets der Gewünschteste seyn. Marius zog also mit einem etwas mächtigern Heere, als man ihm zugestimmt hatte, nach Afrika, und landete nach wenigen Tagen zu Utika. Der Gesandte P. Rutilius übergab ihm das Heer. Denn Metellus hatte sich des Marius Anblicke entzogen, um das nicht sehen zu müssen, was er auch nur zu hören erbebte.

Der Konsul machte die Legionen und Hilfskohorten vollzählig, und zog in eine fruchtbare, beutereiche Gegend. Was er da eroberte, schenkte er den Kriegern. Dann griff er Schlösser und Städte an, die von Natur wenig befestigt, oder durch Mannschaft wenig vertheidigt waren. Er lieferte an verschiedenen Orten viele, obgleich unblutige Treffen. Die neuen Krieger fochten muthig die Schlacht mit: sie sahen, dass man die Flüchtlinge zu Sklaven machte, oder tödtete; dass der Tapferste

que tutissimum: armis libertatem, patriam parentesque et alia omnia tegi: gloriam atque divitias quaeri. Sic brevi spatio novi veteresque coaluere, et virtus omnium aequalis facta.

At reges, ubi de adventu Marii cognoverunt, divorsi in locos difficilis abeunt.

Ita Jugurthae placuerat, speranti, mox effusos hostis invadi posse; Romanos, sicuti plerosque, remoto metu, laxius licentiusque futuros.

88 Metellus interea Romam profectus, contra spem suam, laetissumis animis excipitur: plebi patribusque, postquam invidia decesserat, juxta carus. Sed Marius impigre prudenterque suorum et hostium res pariter adtendere; cognoscere quid boni utrisqne, aut contra esset; explorare itinera regum, consilia et insidias antevenire: nihil apud se remissum, neque apud illos tutum pati.

Itaque et Gaetulos, et Jugurtham ex sociis nostris praedam agentes, saepe adgressus in itinere fuderat, ipsumque regem haud procul ab oppido Cirta armis exuerat. Quae postquam gloriosa modo, neque belli patrandi cognovit, statuit urbis, quae viris aut loco pro hostibus, et

auch der Sicherſte wäre; daſs ihre Waffen Freiheit, Vaterland, Aeltern, und alles Theure deckten, und Ruhm und Reichthümer erkämpften. So verbrüderten sich die neuen und alten Krieger in kurzer Zeit; und alle zeigten sich gleich tapfer. So bald die Könige des Marius Ankunft vernahmen, zogen sie getheilt in unzugängliche Oerter. Dieſen Plan entwarf Jugurtha; denn er hoffte dadurch bald die zerſtreuten Feinde überfallen zu können: die Römer würden, wie gewöhnlich, bei entfernter Furcht, zügellos und unbändig werden.

Metellus war indeſs nach Rom gereiſet. Man 88
empfieng ihn, gegen ſeine Erwartung, mit lauter Freude, und er ſchien, nach verſchwundenem Haſſe, dem Volke, wie den Vätern, gleich theuer. Marius überſchaute mit unermüdetem Scharfblicke die Lage der Seinigen, und der Feinde auf gleiche Weiſe. Er prüfte, was beiderſeits Schaden oder Vortheil brächte; ſpähte den Zug der Könige aus; kam ihren Entwürfen und Nachſtellungen zuvor; und gönnte weder den Seinigen Ruhe, noch den Feinden Sicherheit. So griff er die Gätuler und Jugurtha, wenn ſie bei unſern Verbündeten Beute machten, oft auf dem Zuge an, ſchlug ſie, und jagte bei Cirta dem Könige ſelbſt die Waffen ab. Weil er dieſe Thaten zwar für ehrenvoll, aber nicht für entſcheidend hielt, ſo faſste er den Entſchluſs, alle Städte, die durch Bemannung, oder

advorsum se opportunissumae erant, singulas circumvenire: ita Jugurtham aut praesidiis nudatum, si ea pateretur, aut praelio certaturum.

Nam Bocchus nuncios ad eum saepe miserat, velle populi Romani amicitiam, ne quid ab se hostile timeret.

Id simulaveritne, quo improvisus, gravior accideret, an mobilitate ingenii pacem atque bellum mutare solitus, parum exploratum.

89 Sed Consul, uti statuerat, oppida castellaque munita adire: partim vi, alia metu, aut praemia ostendando avortere ab hostibus.

Ac primo mediocria gerebat, existumans, Jugurtham ob suos tutandos in manus venturum. Sed ubi procul abesse, et aliis negotiis intentum accepit; majora et aspera adgredi tempus visum.

Erat inter ingentis solitudines oppidum magnum atque valens, nomine Capsa: cujus conditor Hercules Libys memorabatur. Ejus cives apud Jugurtham immunes, levi imperio, et ob ea fidelissumi habebantur: muniti advorsum hostis non moenibus modo, et armis atque viris, ve-

Lage dem Feinde nützen, ihm aber ſchaden könnten, ohne Unterſchied zu umringen; Jugurtha würde, wenn er das duldete, entweder ſeiner Beſatzungen entblöſst werden; oder er müſste eine Schlacht liefern. Bocchus hatte ſchon oft Geſandte an ihn geſchickt: „Er wünſche die Freundſchaft des römiſchen Volkes: er ſolle alſo von ihm keine Feindſeligkeit befürchten.“ Ob dieſe Zuſicherung Heuchelei war, um ihn unverſehens noch nachdrücklicher angreifen zu können; oder ob er, aus Wankelmuth, Krieg gerne um Frieden tauſchte, läſst sich nicht sicher beſtimmen.

So bald der Konſul den Angriff der Städte und 89
Burgveſten beſchloſſen hatte, machte er einige mit Gewalt, andere durch Schrecken, oder Beſtechung vom Feinde abwendig. Seine erſten Vorſchritte mäſsigte er: denn er hoffte, Jugurtha würde den Seinigen zu Hilfe eilen, und ſo mit ihm handgemein werden. Als er aber vernahm, daſs der König weit entfernet ſei, und auf andere Unternehmungen denke; ſo ſchien die Zeit nahe, gröſsere und gefahrvollere Thaten zu wagen. Zwiſchen ungeheuren Wüſteneien lag die groſse, mächtige Stadt, Kapſa, die Herkules, der Libyer, erbauet haben ſoll. Die Bürger zahlten keine Abgaben an Jugurtha, wurden gelinde beherrſcht, und galten deſswegen für die treueſten Unterthanen. Nicht nur Mauern, Waffen und Krieger ſchützten ſie

rum etiam multo magis locorum asperitate. Nam, praeter oppido propinqua, alia omnia vasta, inculta, egentia aquae, infesta serpentibus: quarum vis, sicuti omnium ferarum, inopia cibi acrior. ad hoc natura serpentium ipsa perniciosa siti magis, quam alia re, accenditur.

Ejus potiundi Marium maxuma cupido invaserat; cum propter usum belli, tum quia res aspera videbatur: et Metellus oppidum Thalam magna gloria ceperat, haud dissimiliter situm munitumque: nisi quod apud Thalam haud longe a moenibus aliquot fontes erant; Capsenses una modo, atque ea intra oppidum, jugi aqua, cetera pluvia utebantur.

Id ibique, et in omni Africa, quae procul a mari incultius agebat, eo facilius tolerabatur, quia Numidae plerumque lacte et ferina carne vescebantur, neque salem, neque alia irritamenta gulae quaerebant: cibus illis advorsum famem atque sitim, non lubidini, neque luxuriae erat.

90 Igitur Consul, omnibus exploratis, credo, dis fretus (nam contra tantas difficultates consilio satis providere non poterat: quippe etiam frumenti inopia tentabatur, quod Numidae pabulo pecoris magis, quam arvo student; et quodcum-

gegen Feinde, ſondern noch mehr die rauhe Lage. Auſser der nachbarlichen Gegend war alles wüſte, unbebaut; nirgend floſs eine Quelle. Es wimmelte rings von Schlangen, deren Wuth, wie jedes andern Thieres, Mangel an Nahrung noch mehr erbittert. Ihre ohnehin giftige Natur wird durch Durſt auf das Aeuſserſte gereitzet. Marius brannte vor Begierde, dieſe Stadt einzunehmen; theils, weil er ſich Vortheile für den Krieg verſprach; theils, weil das Unternehmen gefahrvoll ſchien. Auch Metellus eroberte ſo die Stadt Thala, die eine gleiche Lage und Veſtung hatte, mit groſsem Ruhme: nur fanden ſich unweit der Mauern von Thala einige Quellen. Aber die Kapſer hatten nur eine einzige Brunnquelle, und dieſe innerhalb der Stadt: ſonſt tranken ſie Regenwaſſer. Hier, und in ganz Afrika, das in weiterer Entfernung vom Meere um ſo unwirthlicher iſt, trotzt man dem Durſte um ſo leichter, weil ſich die Numiden meiſtens von Milch und Wildpräte nähren, und Salz und andere Reitze des Gaumens nicht ſuchen. Die Speiſe dient ihnen gegen Hunger und Durſt; nicht aber zur Wolluſt und Schwelgſucht.

Der Konſul ſpähte alles aus. Ich glaube, daſs 90
er auf Götterhilfe traute: denn ſo vielen Hinderniſſen konnte Menſchenrath nicht vorbeugen. Es fehlte ihm überdieſs auch Getreid: denn die Numiden halten mehr auf Viehzucht, als Feldbau;

que natum fuerat, jussu regis in loca munita contulerant; ager autem aridus et frugum vacuus ea tempestate, nam aestatis extremum erat) tamen pro rei copia satis providenter exornat: pecus omne, quod superioribus diebus praedae fuerat, equitibus auxiliariis agendum adtribuit; A. Manlium legatum cum cohortibus expeditis ad oppidum Laris, ubi stipendium et commeatum locaverat, ire jubet; dicitque se praedabundum post paucos dies eodem venturum.

Sic incepto suo occulto pergit ad flumen Tanam.

91 Ceterum in itinere quotidie pecus exercitui per centurias, item turmas aequaliter distribuerat, et ex coriis utres uti fierent, curabat: simul et inopiam frumenti lenire, et, ignaris omnibus, parare, quae mox usui forent. denique sexto die, cum ad flumen ventum est, maxima vis utrium effecta.

Ibi castris levi munimento positis, milites cibum capere, atque, uti simul cum occasu solis egrederentur, paratos esse jubet: omnibus sarcinis abjectis, aqua modo seque et jumenta onerare. Dein, postquam tempus visum, castris egreditur, noctemque totam itinere facto, con-

und sie hatten auf des Königs Befehl die ganze Aernte in befeſtigte Oerter zuſammengebracht. Das Feld ſelbſt war in dieſer Jahrszeit, zu Ende des Sommers, verdorrt und früchtenleer. Der Konſul rüſtete sich deſſen ohngeachtet, ſo gut er konnte. Die vorige Tage erbeuteten Heerden lieſs er durch Hilfsreiterei fortbringen. Den Legaten Aulus-Manlius ſchickte er mit den leicht gerüſteten Kohorten nach der Stadt Laris, wo ſeine Kaſſe und Magazine lagen, und verſprach ihm, ſelbſt nach wenigen Tagen, um Beute zu machen, dahin zu kommen. So barg er ſeinen Entwurf, und zog dem Tanaſtrome zu.

Auf dem Zuge theilte er täglich dem Heere, 91
nach Centurien und Geſchwadern, die Heerden gleich aus; aus den Häuten lieſs er Schläuche verfertigen. So erſetzte er eines Theils den Getreidmangel, und bereitete wider aller Wiſſen ein bald nöthiges Hilfsmittel. Als man den ſechſten Tag am Fluſſe anlangte, war ſchon eine zahlreiche Menge von Schläuchen fertig. Hier lieſs er die Krieger im leichtverſchanzten Lager Speiſe zu sich nehmen, und geboth ihnen, sich bei untergehender Sonne marſchfertig zu halten, alles Gepäcke beiſeite zu legen, und nur sich und die Laſtthiere mit Waſſer zu beladen. So rückte er zu gelegener Zeit aus dem Lager, marſchirte die ganze Nacht, und machte dann Halt. Das näm-

sedit, idem proxuma facit. dein tertia, multo ante lucis adventum, pervenit in locum tumulosum, ab Capsa non amplius duum millium intervallo: ibique, quam occultissume potest, cum omnibus copiis opperitur. Sed ubi dies coepit, et Numidae nihil hostile metuentes multi oppido egressi, repente omnem equitatum, et cum his velocissimos pedites cursu tendere ad Capsam, et portas obsidere jubet: deinde ipse intentus propere sequi, neque milites praedari sinere.

Quae postquam oppidani cognovere; res trepidae, metus ingens, malum improvisum, ad hoc pars civium extra moenia in hostium potestate, coëgere, uti deditionem facerent. Ceterum oppidum incensum: Numidae puberes interfecti; alii omnes venum dati: praeda militibus divisa.

Id facinus contra jus belli, non avaritia, neque scelere Consulis admissum: sed quia locus Jugurthae opportunus, nobis aditu difficilis; genus hominum mobile, infidum, neque beneficio, neque metu coercitum.

92 Postquam tantam rem Marius, sine ullo suorum incommodo patravit; magnus et clarus an-

liche that er am nächſten Tage. Den dritten kam er, lange vor aufgehender Sonne, auf eine bergigte Gegend, die nur zweitauſend Schritte von Kapſa lag. Hier lagerte er sich mit dem ganzen Heere in den geheimſten Hinterhalt. Als der Tag anbrach, und viele Numiden, die keinen Feind ahneten, aus der Stadt giengen, lieſs er plötzlich die ganze Reiterei, und die ſchnellſten Fuſsgänger auf Kapſa losbrechen, und die Thore beſetzen. Dann folgte er ſelbſt in der ſtrengſten Ordnung eilig nach, und unterſagte den Kriegern Freibeuterei. Die Städter zitterten bei der Nachricht; tiefes Schrecken, das unerwartete Miſsgeſchick, dann die Gefangennehmung vieler Bürger auſser den Mauern, zwangen sie zur Uebergabe. Indeſs war die Stadt angezündet; die waffenfähigen Numiden ermordet; alle übrigen verkauft, und die Beute den Kriegern preisgegeben. Dieſe That ward gegen das Kriegsrecht verübt: indeſs geſchah sie nicht aus Geitz, oder Grauſamkeit des Konſuls: ſondern weil der Ort dem Jugurtha vortheilhaft gelegen, und uns hart zugänglich war; dann zeigte sich dieſe Menſchengattung wankelmüthig und treulos; und sie konnten vorhin weder durch Wohlthaten, noch durch Furcht zahm gemacht werden.

Marius ſchien vorher ſchon groſs und preiswürdig; aber nach dieſer glänzenden That, die er ohne einen Verluſt der Seinigen vollführte, ſchien 92

tea, major et clarior haberi coepit. Omnia non bene consulta modo, verum etiam casu data in virtutem trahebantur: milites, modesto imperio habiti simul et locupletes, ad coelum ferre: Numidae magis, quam mortalem timere: postremo omnes socii atque hostes credere illi aut mentem divinam, aut deorum nutu cuncta portendi.

Sed Consul, ubi ea res bene evenit, ad alia oppida pergit: pauca repugnantibus Numidis, capit; plura deserta propter Capsensium miserias, igni corrumpit: luctu, atque caede omnia complentur.

Denique multis locis potitus, ac plerisque exercitu incruento, ad aliam rem adgreditur, non eadem asperitate, qua Capsensium, ceterum haud secus difficilem.

Namque haud longe a flumine Mulucha, quod Jugurthae Bocchique regnum disjungebat, erat inter ceteram planitiem mons saxeus, mediocri castello satis patens, in immensum editus, uno perangusto aditu relicto: nam omnis natura, velut opere atque consulto praeceps.

Quem locum Marius, quod ibi regis thesauri erant, summa vi capere intendit. Sed ea res forte; quam consilio, melius gesta.

er noch gröfser, noch preiswürdiger. Alle, auch nicht gut durchdachten Unternehmungen, rechnete man ihm zum Verdienfte an. Die Krieger, die er gelind behandelte und bereicherte, hoben ihn Himmel an: die Numiden fürchteten ihn mehr, als einen Sterblichen. Alle Verbündete und Feinde glaubten, es befeele ihn ein Genius; oder es würde ihm alles durch den Wink der Götter vorher gedeutet. Der Konful rückte nach diefem glücklichen Unternehmen auf andere Städte los. Nur in wenigen vertheidigten sich die Numiden: die meiften ftanden wegen dem kläglichen Schickfale Kapfa's fchon öde: und diefe legte er in die Afche. Jammer und Mord erfüllten die Gegend. Als er fo viele, und zwar die meiften Oerter, ohne dafs es feinem Heere Blut koftete, erobert hatte, wagte er ein neues Unternehmen, das zwar nicht fo gefahrvoll, wie der Verfuch bei Kapfa; aber doch nicht minder fchwer war. Nicht weit vom Muluchaftrome, der Jugurtha's und Bocchus Reich fchied, ragte mitten in einer Ebene ein hoher, weit hingedehnter Felfenberg, auf deffen Höhe eine mittelmäfsige Burg lag. Nur ein einziger, fehr enger Steig führte dahin: denn der ganze Berg fchofs von Natur aus, wie durch Kunft, oder Anlage, fteil herab. Diefen Ort, in dem die Königsfchätze lagen, ftrebte Marius mit feiner ganzen Macht einzunehmen. Doch auch diefer Verfuch gelang wieder mehr durch Zufall, als be-

Nam castello virorum atque armorum satis, magna vis frumenti et fons aquae: aggeribus turribusque et aliis machinationibus importunus: iter castellanorum angustum admodum, utrimque praecisum.

Vineae cum ingenti periculo frustra agebantur. nam cum eae paullum processerant, igni aut lapidibus corrumpebantur: milites neque pro opere consistere, propter iniquitatem loci; neque inter vineas sine periculo administrare: optumus quisque cadere, aut sauciari; ceteris metus augeri.

93 At Marius, multis diebus et laboribus consumptis, anxius trahere cum animo, omitteretne inceptum, quoniam frustra erat; an fortunam opperiretur, qua saepe prospere usus.

Quae cum multos dies, noctes aestuans agitaret, forte quidam Ligus, ex cohortibus auxiliariis miles gregarius, castris aquatum egressus, haud procul ab latere castelli, quod aversum praeliantibus erat, animum advortit inter saxa repentis cochleas: quarum cum unam atque alteram, dein plures peteret, studio legundi paullatim prope ad summum montis egressus est.

ſtimmten Plan: denn die Burg war durch Krieger und Waffen genug gedeckt; auch hatte sie reichen Vorrath an Getreid und Wafferquellen. Schanzen, Thürme, und andere Maſchinen, lieſsen sich gegen dieſe Veſte nicht aufführen. Der Pfad zum Kaſtelle war äuſserſt enge, und beiderſeits abſchüſſig. Sturmdächer rückten bei der gröſsten Gefahr umſonſt vor; denn wie ſie ein wenig näher kamen, wurden ſie von Feuer und Steinen zernichtet. Die Krieger konnten, an dem unebenen Orte, weder bei dem Werke feſten Fuſs ſetzen, noch unter den Sturmdächern ohne Gefahr arbeiten. Jeder Tapfere fiel, oder blutete an Wunden: die übrigen zagten noch furchtſamer.

So giengen dem Marius viele Tage unter vergeblicher Anſtrengung vorüber: ängſtlich erwog er 93
im Herzen: ob er das fruchtloſe Unternehmen aufgeben; oder ſein gewöhnliches günſtiges Glück verſuchen ſollte. Als er ſo viele Tage und Nächte mit erhitzter Einbildungskraft nachſann, entfernte ſich von ohngefähr ein Ligur, ein gemeiner Soldat von den Hilfskohorten, aus dem Lager, um Waſſer zu holen. Er bemerkte nicht weit von der Seite des Kaſtells, die den Belagern entgegen lag, zwiſchen den Felſen aufkriechende Schnecken. Er las einen, dann den andern, endlich mehrere auf, bis er bei dem Eifer dieſer Sammlung allmählig beinahe bis zur Bergeshöhe empordrang.

Ubi postquam solitudinem intellexit, more humani ingenii, cupido ignara visundi invadit.

Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter saxa, paullulum modo prona, dein flexa atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert: cujus ramis modo, modo eminentibus saxis nisus Ligus, castelli planitiem perscribit; quod cuncti Numidae intenti praeliantibus aderant.

Exploratis omnibus, quae mox usui fore ducebat, eadem regreditur, non temere, uti escenderat, sed tentans omnia et circumspiciens.

Itaque Marium propere adit; acta edocet, hortatur, ab ea parte, qua ipse escenderat, castellum tentet: pollicetur sese itineris periculique ducem.

Marius cum Ligure, promissa cognitum, ex praesentibus misit: quorum uti cujusque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem nunciavere.

Consulis animus tamen paullum erectus. Itaque ex copia tubicinum et cornicinum, numero quinque quam velocissumos delegit, et cum his, praesidio qui forent, quatuor centuriones; om-

Als er hier alles einſam fand, wandelt ihn die gewöhnliche, menſchliche Neugierde an, die unbekannten Scenen näher auszuforſchen. An dieſem Orte ſtand von ohngefähr eine groſse Steineiche, die aus den Felſen hervorſchoſs. Sie ſenkte sich ein wenig erdenwärts, krümmte sich dann, und ſtieg in die Höhe, wohin die Natur alle Keime auftreibt. Auf ihren Aeſten, und dann auf den hervorragenden Felſentrümmern kletterte der Ligur empor, und entwarf sich die Fläche der Burg, während alle Numiden hingehalten nur auf die Belagerer ſchauten. Nachdem er ſo alles, was ihm bald Vortheile bringen könnte, ausgeſpähet hatte, kehrte er den nämlichen Weg zurücke; nicht mehr ſo absichtlos, wie er emporgeſtiegen war: ſondern er prüfte und überſchaute alles. Dann eilte er ſogleich zu Marius; erzählte ihm ſeine Entdeckung, ermunterte ihn, das Kaſtell von der Seite, wo er emporgeſtiegen war, anzugreifen, und both sich ſelbſt zum Führer auf dieſem gefährlichen Wege an. Marius ſchickte ſogleich einige der Gegenwärtigen mit dem Ligur ab, um ſeinen Antrag zu unterſuchen. Dieſe ſchilderten bei ihrer Rückkunft, jeder nach ſeiner eignen Empfindung, den Verſuch hart, oder leicht. Doch regte sich der Entſchluſs des Konſuls allmählig auf. Er wählte aus den Trompetern und Horniſten fünf der behendeſten, geſellte ihnen vier Centurien zur Bedeckung bei, mit dem ernſten Befehle, alle

nis Liguri parere jubet, et ei negotio proxumum diem constituit.

94 Sed ubi ex praecepto tempus visum; paratis compositisque omnibus ad locum pergit.

Ceterum illi, qui centuriis praeerant, praedocti ab duce, arma ornatumque mutaverant, capite atque pedibus nudis, uti prospectus nisusque per saxa facilius foret: super terga gladii et scuta; verum ea Numidica ex coriis, ponderis gratia simul, et offensa quo levius streperent.

Igitur praegrediens Ligus saxa, et si quae vetustate radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus adlevati facilius escenderent.

Interdum timidos insolentia itineris levare manu: ubi paullo asperior adscensus, singulos prae se inermos mittere; deinde ipse cum illorum armis sequi: quae dubia nisu videbantur potissumus tentare, ac saepius eadem adscendens descendensque, dein statim digrediens, ceteris audaciam addere.

Igitur diu multumque fatigati, tandem in castellum perveniunt, desertum ab ea parte: quod omnes, sicuti alii diebus, advorsum hostis aderant. Marius, ubi ex nuntiis, quae Ligus ege-

ſollten dem Ligur gehorchen; und ſetzte für dieſes Stratagem den nächſten Tag feſt.

Der beſtimmte Augenblick erſchien; alles war 94
ausgerüſtet und geordnet; und der Ligur zog an den Ort. Die Hauptleute der Centurien hatten, auf vorhergehenden Rath ihres Führers, Waffen und Rüſtung geändert, und giengen, um freiere Ausſicht und leichtern Auftritt über den Felſen zu gewinnen, bloſsen Hauptes und Fuſses: über den Rücken hiengen ſie Schwert und Schilde, die, nach numidiſcher Form, aus Leder, und zum tragen geringer waren, und bei dem Anpralle nicht ſo laut dröhnten. Der Ligur ſchritt voran, band Seile an Steine und alte hervorragende Sträuche, an denen die Krieger ſich erhoben, und deſto leichter aufklimmten. Bald reichte er den bei dem ungewöhnlichen Wege ſchüchternen Gefährten die Rechte. Wo der Anſteig zu ſchrof ſchien, lieſs er ſie unbewaffnet vor ſich herklettern, und folgte ihnen ſelbſt mit ihren Waffen; wo man auszugleiten fürchtete, machte er wiederholte Verſuche, ſtieg öfters auf und nieder, trat dann gleich auf die Seite, und beſeelte ſo die Gefährten mit Muthe. Endlich drangen ſie, nach langer und vieler Mühe, bis zum Kaſtelle vor, das von dieſer Seite unbeſetzt war: denn es ſtellten ſich, wie die vorigen Tage, alle dem Feinde gegenüber. Marius erfuhr die Vorſchritte des Ligurs durch Bothen.

rat, cognovit, quamquam toto die intentos praelio Numidas habuerat, tum vero cohortatus milites et ipse extra vineas egressus, testudine acta succedere, et simul hostem tormentis sagittariisque et funditoribus eminus terrere.

At Numidae saepe antea vineis Romanorum subvorsis, item incensis, non castelli moenibus sese tutabantur; sed pro muro dies noctesque agitare: maledicere Romanis ac Mario vecordiam objectare; militibus nostris Jugurthae servitium minari; secundis rebus feroces esse.

Interim omnibus Romanis hostibusque praelio intentis, magna utrimque vi pro gloria atque imperio his, illis pro salute certantibus, repente a tergo signa canere: ac primo mulieres et pueri, qui visum processerant, fugere; deinde, uti quisque muro proxumus erat, postremo cuncti armati inermesque.

Quod ubi accidit, eo acrius Romani instare, fundere, ac plerosque tantummodo sauciare, dein super occisorum corpora vadere, avidi gloriae certantes murum petere, neque quemquam omnium praeda morari.

Itzt ermunterte er erst seine Krieger, ob er gleich die Numiden schon den ganzen Tag auf den Kampf hingehalten hatte; itzt trat er selbst aus den Sturmdächern hervor, rückte unter der Schildewölbung an, und schreckte mit Ballisten, Pfeilschützen, und Schleuderern den Feind aus der Ferne. Die Numiden, die schon vorher die Sturmdächer der Römer niedergestürzet oder angezündet hatten, deckten sich nicht mehr mit den Verschanzungen des Kastells, sondern schwärmten Tag und Nächte ausser den Mauern; fluchten auf die Römer; schalten Marius einen Feigen; drohten unsern Kriegern mit Jugurtha's Sklavenketten, und ihr günstiges Glück machte sie übertrotzig. Während Römer und Feinde so auf das Treffen hingehalten waren, und beiderseits diese für Ruhm und Herrschaft; jene für Rettung wüthig kämpften, erschollen plötzlich vom Rücken her die Schlachtenhörner. Weiber und Kinder eilten zuerst, das Abenteuer zu sehen; flüchteten zurück; dann riss jeder aus, der den Mauern zunächst stand; endlich flohen alle, Bewaffnete und Wehrlose. So bald dieses geschah, drangen die Römer noch feuriger ein; warfen alles nieder, verwundeten jeden Gegner; dann aber schritten sie über Leichenhaufen hin: Ruhm entflammte sie, und sie stiegen die Mauern zur Wette empor. Keiner von allen verweilte bei der Beute.

Sic forte correcta Marii temeritas, gloriam ex culpa invenit.

95 Ceterum dum ea res geritur, L. Sulla Quaestor cum magno equitatu in castra venit: quos uti ex Latio et a sociis cogeret, Romae relictus erat. Sed quoniam tanti viri res admonuit: idoneum visum est, de natura cultuque ejus paucis dicere. Neque enim alio loco de Sullae rebus dicturi sumus: et L. Sisenna optume et diligentissume omnium, qui eas res dixere, persecutus, parum mihi libero ore locutus videtur.

Igitur Sulla gentis patriciae, familia prope jam extincta majorum ignavia, litteris Graecis atque Latinis juxta, atque doctissume, eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, sed gloriae cupidior: otio luxurioso; tamen ab negotiis numquam voluptas remorata, nisi quod de uxore potuit honestius consuli: facundus, callidus, et amicitia facilis: ad simulanda negotia altitudo ingenii incredibilis: multarum rerum, ac maxume pecuniae largitor.

Atque felicissumo omnium ante civilem victoriam, numquam super industriam fortuna fuit: multique dubitavere: fortior an felicior esset.

So beſſerte Zufall den tollkühnen Schritt des Marius; und Ruhm krönte ſeinen Fehler.

Während dem Vorfalle kam Quäſtor L. Sulla mit 95
einer zahlreichen Reiterei an. Man hatte ihn deſswegen zu Rom gelaſſen, um ſelbe in Latien und bei den Verbündeten auszuheben. Weil mich der Stoff an dieſen groſsen Mann erinnert, finde ichs ſchicklich, eine Skitze ſeines Karakters und Wandels zu entwerſen. Sonſt trifft nirgends die Rede von Sulla. Dann ſcheint mir auch L. Siſenna, der beſte und fleiſsigſte Verfaſſer dieſer Geſchichte, nicht freimüthig genug geſchrieben zu haben.

Sulla ſtammte vom edlen Patriziergeſchlechte. Sein Adel war durch die Unthätigkeit ſeiner Väter beinahe ſchon erloſchen. Er war in der griechiſchen und lateiniſchen Litteratur ein gleich groſser Gelehrter; ein hochherziger Mann; gierig nach Wolluſt; noch gieriger nach Ruhm; ein Schwelger in Muſse; doch hielt ihn Wolluſt nie von ſeinen Geſchäften ab; nur bei ſeiner Gattin beleidigte er den Wohlſtand. Er war beredt, gewandt, offen für Freundſchaft. Als Politiker, beſaſs er ein undurchdringliches Talent: Gut und Geld gab er verſchwenderiſch hin. Die Thatenſtrebſamkeit dieſes vor dem Bürgerſiege glücklichſten Mannes hielt ſeinem Glücke das Gleichgewicht; und viele zweifelten, ob ſie ihn glücklicher, oder tapferer preiſen ſollten.

Nam postea quae fecerit, incertum habeo, pudeat magis, an pigeat disserere.

96 Igitur Sulla, ut supra dictum, postquam in Africam atque in castra Marii cum equitatu venit, rudis antea et ignarus belli, sollertissumus omnium in paucis tempestatibus factus est.

Ad hoc milites benigne adpellare; multis rogantibus, aliis per se ipse dare beneficia, invitus accipere: sed ea properantius, quam aes mutuum reddere; ipse ab nullo repetere: magis id laborare, ut illi quam plurimi deberent: joca atque seria cum humillumis agere: in operibus, in agmine atque ad vigilias multus adesse: neque interim, quod prava ambitio solet, Consulis aut cujusquam boni famam laedere: tantummodo neque consilio, neque manu priorem alium pati: plerosque antevenire.

Quis rebus brevi Mario militibusque carissumus factus.

97 At Jugurtha, postquam oppidum Capsam aliosque locos munitos et sibi utilis simul, et magnam pecuniam amiserat, ad Bocchum nuncios mittit, quam primum in Numidiam copias adduceret;

Seine ſpätern Thaten könnte ich, ohne Erröthen, oder vielmehr ohne Abſcheu nicht erzählen.

Nachdem Sulla, wie ich oben erwähnte, mit 96 der Reiterei nach Afrika, und in des Marius Lager gekommen war, zeigte er sich, obgleich ein Neuling, und noch ungebildet im Kriege, doch bald als den rüſtigſten Soldaten. Er unterhielt sich freundlich mit den Kriegern; verſagte keine Bitte; vielen gab er ungebethen; aber Wohlthaten nahm er ungerne an, oder ſtellte sie ſchneller als eine Geldſchuld zurück. Er ſelbſt foderte von Niemanden eine Gabe; vielmehr ſah er dahin, sich recht viele verbindlich zu machen. Er wuſste bei den niedrigſten Leuten Scherz oder Ernſt anzubringen. Bei dem Schanzen, Zuge oder Wachen fand er sich meiſtens ſelbſt ein. Er läſterte nie, nach Sitte des niedern Ehrgeitzes, den guten Namen des Konſuls, oder eines andern Edelgesinnten. Nur an Einsicht, an Thatenkraft wich er niemanden, und eilte den meiſten voraus. Durch dieſe Verdienſte machte er sich bald zum Liebling des Marius, und der Soldaten.

Als Jugurtha die Stadt Kapſa, und andere für 97 ihn vortheilhafte, feſte Plätze, ſamt einer Menge Geldes, verloren hatte, ſchickte er an Bocchus Geſandte: „Er möchte ſeine Truppen bald möglichſt nach Numidien führen; die Zeit zu einer Schlacht

praelii faciundi tempus adesse. Quem ubi cunctari accepit, dubium belli atque pacis rationes trahere: rursus, uti antea, proxumos donis corrumpit, ipsique Mauro pollicetur Numidiae partem tertiam, si aut Romani Africa expulsi, aut, integris suis finibus, bellum compositum foret.

Eo praemio illectus Bocchus cum magna multitudine Jugurtham accedit. Ita amborum exercitu conjuncto, Marium jam in hiberna proficiscentem, vix decima parte die reliqua, invadunt: rati noctem, quae jam aderat, victis sibi munimento fore; et, si vicissent, nullo impedimento, quia locorum scientes erant: contra Romanis utrumque casum in tenebris difficiliorem.

Igitur simul Consul ex multis de hostium adventu cognovit, et ipsi hostes aderant, et priusquam exercitus aut instrui, aut sarcinas colligere, denique antequam signum, aut imperium ullum accipere quivit, equites Mauri atque Gaetuli, non acie, neque ullo more praelii, sed catervatim, uti quosque fors conglobaverat, in nostros concurrunt. qui omnes trepidi improviso metu, ac tamen virtutis memores, aut arma capiebant, aut capientis alios ab hostibus defensabant: pars equos escendere, obviam ire hostibus: pugna latrocinio magis, quam praelio simi-

sei gekommen.“ Doch bald erfuhr er, daſs dieser zögere, und zwischen Krieg und Frieden schwanke: er bestach denn, wie zuvor, seine Vertrauten, und versprach dem Mauren selbst den dritten Theil Numidiens, wenn die Römer aus Afrika vertrieben wären, oder sein Reich nach beigelegtem Kriege unzertrennet blieb. Dieser Preis reitzte Bocchus; und er stieſs mit einer starken Macht zu Jugurtha. Beide vereinten Heere griffen Marius, der schon in das Winterlager zog, vor der Abenddämmerung an. Sie hofften, die einbrechende Nacht würde ihnen nach einer Niederlage Schutz gewähren; nach dem Siege aber sie in dieser Gegend, deren sie kundig wären, in nichts hindern: den Römern entgegen müſsten beide Fälle bei finsterer Nacht gefährlich werden. Kaum hörte der Konsul, durch wiederholte Nachrichten, von den Feinden, so standen sie auch schon da. Ehe man das Heer rüsten, oder das Gepäcke ordnen, oder Zeichen und Befehl geben konnte, sprengten schon die Maurer und Gätuler Reiter, nicht in Schlachtordnung, oder nach Kriegessitte; sondern Rottenweise, wie sie der Zufall zusammendrängte, auf die Unsrigen los. Diese zitterten bei dem unverhofften Schrecken alle; doch vergaſsen sie nicht ihrer Tapferkeit. Sie ergriffen die Waffen, oder deckten ihre Mitkrieger, die sich bewaffneten, gegen die Feinde. Einige bestiegen ihre Rosse, und zogen dem Feinde entgegen. Das Gefecht glich mehr einem Räuber-

lis fieri: sine signis, sine ordinibus equites, pedites permixti: caedere alios, alios obtruncare; multos, contra advorsos acerrume pugnantis, ab tergo circumvenire: neque virtus, neque arma satis tegere; quod hostes numero plures et undique circumfusi. denique Romani veteres, novique, et ob ea scientes belli, si quos locus, aut casus conjunxerat, orbes facere: atque ita ab omnibus partibus simul tecti et instructi hostium vim sustentabant.

98 Neque in eo tam aspero negotio territus Marius, aut magis, quam antea, demisso animo fuit; sed cum turma sua, quam ex fortissumis magis, quam familiarissumis, paraverat, vagari passim; ac modo laborantibus suis succurrere, modo hostis, ubi confertissumi obstiterant, invadere: manu consulere militibus, quoniam imperare conturbatis omnibus non poterat.

Jamque dies consumtus erat, cum tamen barbari nihil remittere; atque uti reges praeceperant, noctem pro se rati, acrius instare.

Tum Marius ex copia rerum consilium trahit, atque, uti suis receptui locus esset, collis duos

anfalle, als einer Schlacht. Fufsgänger und Reiter mengten sich ohne Fahnen und Ordnung durcheinander, mordeten diefe, hieben jene in Stücke, umringten diejenigen, die am hitzigften entgegen kämpften, vom Rücken. Da fchützte weder Heldenmuth, noch Waffen: denn die Feinde waren an Zahl überlegen, und umringten sie von allen Seiten. Endlich fchloffen die alten Römer, und die neuen Krieger, die itzt von jenen lernten, überall, wo sie Ort oder Zufall zufammen brachte, enge Kreife; und hielten fo, von allen Seiten zugleich gedeckt und gerüftet, die Gewalt der Feinde aus.

Marius liefs sich auch durch diefe mifsliche Lage nicht fchrecken, und feinen Muth fo wenig, als zuvor, sinken. Er tummelte mit feiner Schaar, die mehr aus Helden, als Vertrauten beftand, überall umher: kam hier den Bedrängten zu Hilfe; brach dort unter den dichten Schwall der Feinde ein; und unterftützte feine Krieger, weil er sie bei der allgemeinen Verwirrung nicht anführen konnte, mit dem Schwerte in der Hand. Schon fank der Tag; doch liefsen die Barbaren noch nicht vom Kampfe ab; sie hielten die Nacht, gemäfs dem Rathe der Könige, für ihren Vortheil, und griffen noch wüthiger an. Marius fafste itzt einen Entfchufs, der feiner Lage entfprach; er befetzte, um den Seinigen einen Rückzug zu öffnen, zwei nahe 98

propinquos inter se occupat. quorum in uno, castris parum amplo, fons aquae magnus erat: alter usui opportunus, quia magna parte editus et praeceps pauca munimento quaerebat.

Ceterum apud aquam Sullam cum equitibus noctem agitare jubet. Ipse paullatim dispersos milites, neque minus hostibus conturbatis, in unum contrahit: dein cunctos pleno gradu in collem subducit. Ita reges, loci difficultate coacti, praelio deterrentur. neque tamen suos longius abire sinunt, sed, utroque colle multitudine circumdato, effusi consedere.

Dein crebris ignibus factis, plerumque noctis barbari suo more laetari, exsultare, strepere vocibus: ipsi duces feroces, quia non fugerent, pro victoribus agere.

Sed ea cuncta Romanis ex tenebris et editioribus locis facilia visu magnoque hortamento erant.

99 Plurimum vero Marius imperitia hostium confirmatus, quam maximum silentium haberi jubet: ne signa quidem, uti per vigilias solebant, canere: deinde, ubi lux adventabat, defessis jam

Hügel. Einer hatte für ein Lager zu wenig Raum; doch ſprudelte auf ſelbem eine reiche Waſſerquelle: der andere taugte zu ihrem Gebrauche; denn er war gröſstentheils erhaben und ſteil, und hatte weniger Verſchanzung nöthig. Die Nachtwache bei der Quelle vertraute er Sulla und der Reiterei; er ſelbſt ſprengte die Feinde auseinander, und zog ſeine zerſtreuten Krieger allmählig an einen Ort zuſammen: dann führte er in vollem Marſche alle den Hügel hinan. So wurden die Könige durch die ungünſtige Lage vom Treffen abgeſchreckt: doch lieſsen sie die Ihrigen nicht weiter ziehen, ſondern umringten mit ihrer Menge beide Hügel, und lagerten sich in weiter Ausdehnung hin. Die Barbaren zündeten itzt zahlreiche Wachfeuer an, jauchzten, ſchwärmten und heulten ihrer Sitte gemäſs mit dumpfem Gebrülle; ſelbſt die Führer geberdeten sich, weil sie nicht geflohen waren, ſo trotzig, und pralten als Sieger. Die Römer konnten aus dem Dunkel von dem erhabenen Orte alle dieſe Auftritte leicht ſehen, und fühlten sich dadurch mächtig ermuntert.

Marius verſprach sich von der Rohheit des 99
Feindes die gröſsten Vortheile. Er geboth die tiefeſte Stille; lieſs, wie es bei Nachtwachen gewöhnlich war, kein Zeichen durch die Hörner geben. Aber ſo bald der Morgen dämmerte, geboth er, während die Feinde ſchon müde, und kurz zu-

hostibus et paullo ante somno captis, de improviso vigiles, item cohortium, turmarum, legionum tubicines simul omnis signa canere, milites clamorem tollere atque portis erumpere.

Mauri atque Gaetuli ignoto et horribili sonitu repente exciti, neque fugere, neque arma capere, neque omnino facere aut providere quidquam poterant. ita cunctos strepitu, clamore, nullo subveniente, nostris instantibus, tumultu, terrore, formido, quasi vecordia, ceperat.

Denique omnes fusi fugatique. arma et signa militaria pleraque capta: pluresque eo praelio, quam omnibus superioribus interemti. Nam somno et metu insolito impedita fuga.

100 Dein Marius, uti coeperat, in hiberna: quae, propter commeatum, in oppidis maritumis agere decreverat. neque tamen secors victoria, aut insolens factus; sed pariter ac in conspectu hostium quadrato agmine incedere.

Sulla cum equitatu apud dextumos, in sinistra A. Manlius cum funditoribus et sagittariis, praeterea cohortes Ligurum curabat: primos et extremos cum expeditis manipulis tribunos locaverat. Perfugae, minume cari et regionum

vor vom Schlafe übermannet waren, daſs unverſehens die Wächter, dann die Trompeter der Kohorten, Geſchwader und Legionen, alle zugleich das Zeichen anſtimmten: die Krieger erhoben ein Feldgeſchrei, und brachen aus den Thoren hervor. Das abenteuerliche, ſchreckliche Geheul regte die Maurer und Gätuler plötzlich auf: sie konnten weder fliehen, noch die Waffen ergreifen: es gebrach ihnen an That und Rath. Bei dieſem Lärme und Zetter ergriff unter dem Getümmel und Schrecken die Feinde sinnloſe Furcht; niemand kam zu Hilfe; die unſrigen drangen ein. Endlich wurden alle zerſtreuet und geſchlagen. Man erbeutete Waffen und die meiſten Fahnen. Es wurden in dieſem Treffen mehrere aufgerieben, als in allen vorigen zugleich: denn Schlaf und paniſches Schrecken hemmte ihre Flucht.

Itzt ſetzte Marius ſeinen Zug in die Winter- 100
quartiere fort, die er wegen den Lebensmitteln in Seeſtädte zu verlegen beſchloſs. Sein Sieg machte ihn weder unthätig, noch ſtolz; ſondern er rückte, wie in dem Angesichte der Feinde, im geſchloſſenen Vierecke, vor. Sulla führte auf der Rechten die Reiterei an: A. Manlius aber auf der Linken die Schleuderer und Pfeilſchützen, ſamt den Kohorten der Ligurer; den Vor- und Nachtrab vertraute er, mit leichtgerüſteten Manipeln, den Tribunen. Die Ueberläufer, die er wenig achtete,

scientissumi, hostium iter explorabant: simul Consul, quasi nullo imposito, omnia providere: apud omnes adesse: laudare, increpare merentis.

Ipse armatus intentusque, item milites cogebat: neque secus, atque iter facere, castra munire, excubitum in portis cohortis ex legionibus, pro castris equites auxiliarios mittere. praeterea alios super vallum in munimentis locare, vigilias ipse circumire, non diffidentia futuri, quae imperavisset, quam uti militibus exaequatus cum imperatore labos volentibus esset.

Et sane Marius illo et aliis temporibus belli pudore magis, quam malo, exercitum coërcebat: quod multi per ambitionem fieri ajebant; pars quod a pueritia consuetam duritiam, et alia, quae ceteri miserias vocant, voluptati habuisset.

Nisi tamen respublica pariter, ac saevissumo imperio, bene atque decore gesta.

101 Igitur quarto denique die, haud longe ab oppido Cirta undique simul speculatores citi sese ostendunt: qua re hostis adesse intelligitur.

und die der Gegenden kundig waren, liefs er den Zug der Feinde ausfpähen. Der Konful fah, als wenn er keine andern Auffeher beftellt hätte, überall perfönlich nach; fand sich bei allen ein; lobte oder fchalt nach Verdienft. Er war ftets bewaffnet und hingehalten, und zwang feine Soldaten zu gleicher Zucht: er verfchanzte das Lager, wie auf einem Marfche. Zur Bewachung der Thore beftimmte er Kohorten aus den Legionen; aufser dem Lager ftellte er Hilfsreiterei hin. Andere verlegte er auf die Wälle in die Verfchanzungen. Er machte bei den Wachen felbft Runde; und das nicht fo fehr aus Mifstrauen, ob feine Befehle vollzogen würden, als, dafs die Arbeit, fo unter Krieger und Feldherrn gleich getheilt, defto williger gefchähe. Marius hielt in der That, fo wohl itzt, als zur übrigen Zeit des Jugurthinifchen Krieges, fein Kriegesheer mehr durch Ehrliebe, als durch Strenge in Zucht. Einige mafsen diefes Betragen feinem Ehrgeitze bei: andere feiner angewohnten Abhärtung von Jugend auf, die ihm jede Befchwerde, welche andere Ungemach nennen, zum Vergnügen machten. Wenigftens ward fo das gemeine Befte eben fo gut und ehrenvoll beforgt, als durch die ftrengfte Aufsicht.

Endlich zeigten sich am vierten Tage nicht weit 101
von der Stadt Cirta, von allen Seiten herbeieilende Späher; woraus man auf den nahen Feind fchlofs.

Sed quia divorsi redeuntes, alius ab alia parte, atque omnes idem significabant; Consul incertus, quonam modo aciem instrueret, nullo ordine commutato, advorsum omnia paratus, ibidem opperitur. Ita Jugurtham spes frustrata, qui copias in quatuor partis distribuerat: ratus ex omnibus aeque aliquos ab tergo hostibus venturos.

Interim Sulla, quem primum adtigerant, cohortatus suos, turmatim et quam maxume confertis equis ipse aliique Mauros invadunt: ceteri in loco manentes ab jaculis eminus emissis corpora tegere, et, si qui in manus venerant, obtruncare.

Dum eo modo equites praeliantur, Bocchus cum peditibus, quos Volux filius ejus adduxerat (neque in priore pugna, in itinere morati, adfuerant), postremam Romanorum aciem invadunt. Tum Marius apud primos agebat, quod ibi Jugurtha cum plurimis.

Dein Numida, cognito Bocchi adventu, clam cum paucis ad pedites convortit: ibi Latine (nam apud Numantiam loqui didicerat) exclamat: nostros frustra pugnare; paullo ante Marium sua manu interfectum; simul gladium sanguine obli-

Doch weil sie getheilt von verschiedenen Seiten kamen, und doch alle das nämliche berichteten, so blieb der Konsul unentschlossen, wie er das Heer stellen sollte. Ohne also seine Ordnung zu ändern, erwartete er, gegen jeden Anfall gerüstet, in der nämlichen Lage den Feind. So ward Jugurtha's Hoffnung getäuscht. Er hatte seine Truppen in vier Schaaren getheilt: denn er wähnte, es würde wenigstens eine von allen dem Feinde in den Rücken fallen.

Sulla, auf den die Feinde zuerst trafen, sprach seinen Kriegern Muth zu, und stürzte selbst in Geschwadern, mit enge geschlossenen Pferden auf die Feinde zu: die übrigen blieben in ihrer Stellung, deckten ihre Körper gegen die aus der Ferne geschleuderten Lanzen, und hieben jeden, der in ihre Hände fiel, in Stücke. Während die Reiter so kämpften, fiel Bocchus mit dem Fussvolke, das sein Sohn Volux herbeigeführt hatte, und wegen dem zu langsamen Zuge bei dem vorigen Kampfe nicht zugegen war, den Hintertrab des Römerheeres an. Marius kämpfte indess in den Vorderreihen, wo Jugurtha mit seiner Hauptmacht angriff. So bald der Numide die Ankunft des Bocchus erfuhr, lenkte er mit wenigen Begleitern in geheim dem Fussvolke zu, und rief da in lateinischer Sprache, die er bei Numantia gelernt hatte: „Die Römer kämpften umsonst; er habe so eben den Marius mit eigener Hand erlegt.“ Bei dem Ausrufe zeigte er ihnen das blutbefleckte Schwert, das er

tum, ostendere, quem in pugna, satis impigre occiso pedite nostro, cruentaverat. Quod ubi milites accepere, magis atrocitate rei, quam fide nuncii terrentur: simulque barbari animos tollere et in perculsos acrius incedere.

Jamque paullum ab fuga aberant, cum Sulla, profligatis, quos advorsum ierat, Mauris ab latere incurrit. Bocchus statim avortitur.

At Jugurtha, dum sustentare suos et prope jam adeptam victoriam retinere cupit, circumventus ab equitibus dextra, sinistra omnibus occisis, solus inter tela hostium vitabundus erumpit.

Atque interim Marius, fugatis equitibus accurrit auxilio suis, quos pelli jam acceperat. Denique hostes undique fusi.

Tum spectaculum horribile campis patentibus: sequi, fugere; occidi, capi; equi, viri adflicti: ac multi, volneribus acceptis, neque fugere posse, neque quietem pati; niti modo, ac statim concidere: postremo omnia, qua visus erat, constrata telis, armis, cadaveribus; et inter ea humus infecta sanguine.

im Kampfe einem unſrer Fuſsgänger muthig in den Buſen getaucht hatte. Unſre Krieger entſetzten sich, als sie dieſes hörten, mehr über das Schreckliche, als das Glaubwürdige dieſer Nachricht. Aber den Barbaren wuchs dadurch der Muth; und sie drangen auf die beſtürzten Römer noch hitziger ein.

Man neigte sich ſchon zur Flucht, als Sulla, der ſeine Gegner geſchlagen hatte, zurückkehrte, und den Maurern in die Flanke fiel. Bocchus zog sich ſogleich zurück. Jugurtha ſuchte die Seinigen zu unterſtützen, und wünſchte den halberfochtenen Sieg zu behaupten: allein er ward von den Reitern links und rechts umringet; alle die Seinigen fielen; und er rettete sich nur mit Mühe allein mitten durch die feindlichen Geſchoſſe. So bald Marius die Reiterei in die Flucht geſprengt hatte, eilte er den Seinigen, die man ihm ſchon als Flüchtlinge ſchilderte, ſchleunig zu Hilfe. Endlich wurden die Feinde von allen Seiten geſchlagen. Itzt öffnete sich erſt auf dem weiten Gefilde eine greulvolle Scene. Ueberall ſah man Verfolger und Flüchtlinge; Gemordete und Gefangene; Roſs und Mann hingeſtreckt. Viele bluteten an Wunden, und konnten weder fliehen, noch ruhig bleiben. Itzt bäumten sie sich auf; ſanken gleich wieder zurück. Wo das Aug immer hinſchaute, ſah es alles mit Waffen, Wehre und Leichen überdeckt; und rings war der Boden mit Blute beflecket.

102 Postea loci Consul, haud dubie jam victor, pervenit in oppidum Cirtam, quo initio profectus intenderat. Eo post diem quintum, quam iterum barbari male pugnaverant, legati a Boccho veniunt, qui regis verbis ab Mario petivere, duo quam fidissumos ad eum mitteret; velle de se, et de populi Romani commodo cum is disserere.

Ille statim L. Sullam et A. Manlium ire jubet. Qui quamquam acciti ibant: tamen placuit verba apud regem facere: ingenium aut avorsum uti flecterent, aut cupidum pacis vehementius accenderent.

Itaque Sulla, cujus facundiae, non aetati a Manlio concessum, pauca verba hujuscemodi locutus:

„Rex Bocche, magna nobis laetitia, cum te „talem virum di monuere, uti aliquando pacem, „quam bellum, malles; neu te optumum cum „pessumo omnium Jugurtha miscendo commacula„res; simul nobis demeres acerbam necessitudi„nem, pariter te errantem et illum sceleratissu„mum persequi.

„Ad hoc populo Romano jam a principio rei„publicae visum, amicos, quam servos quaerere:

Nun war der Sieg für den Konſul entſchieden: 102
und er gelangte nach dieſem Treffen zu Cirta an, wo er anfangs den Marſch hingerichtet hatte. Dahin kamen, fünf Tage nach der für die Barbaren wieder unglücklichen Schlacht, Geſandte des Bocchus. Sie hatten von ihrem Könige den Auftrag: „Marius möchte zwei ſeiner Treueſten an ihn ſchicken; denn er wolle sich mit ihnen wegen ſeiner, und des römiſchen Volkes Wohlfahrt unterreden.“ Dieſer ſendete ſogleich L. Sulla und Aulus-Manlius an Bocchus ab. Ob sie gleich gerufen kamen, fanden sie es doch für gut, den König, wäre er feindlich gesinnt, durch eine Rede zu beugen; oder, wünſchte er Frieden, ſeine Begierde dadurch noch mehr zu entflammen. Manlius überliefs dem Sulla, nicht des Alters, ſondern der Beredſamkeit wegen, den Vortrag: und Sulla ſprach kurz ſo:

„König Bocchus! Welche Freude für uns, daſs „dir, einem ſo herrlichen Manne, die Götter den „Entſchluſs einflöſsten, endlich, ſtatt des Krie„ges, Frieden zu wünſchen; daſs du, der beſte „König, dich nicht mehr durch die Gemeinſchaft „mit Jugurtha, dem verruchteſten aller Verbre„cher, entehreſt; und uns zugleich die traurige „Nothwendigkeit benimmſt, dich Irregeführten, „wie jenen Böſewicht, zu verfolgen. Das Römer„volk hielt es ſchon ſeit der Gründung des Frei„ſtaats für vortheilhaft, nicht Sklaven, ſondern

„tutius rati, volentibus, quam coactis imperi-
„tare. Tibi vero nulla opportunior nostra ami-
„citia: primum, quod procul absumus, in quo
„offensae minimum, gratia par, ac si prope ades-
„semus; dein, quod parentes abunde habemus,
„amicorum neque nobis, neque cuiquam omnium
„satis.

„Atque hoc utinam a principio tibi placuis-
„set! profecto ea re ad hoc tempus multo plura
„bona accepisses, quam mala perpessus es.

„Sed quoniam humanarum rerum fortuna ple-
„raque regit; cui scilicet placuit te et vim, et
„gratiam nostram experiri: nunc, quando per
„illam licet, festina, atque, ut coepisti, perge.
„Multa atque opportuna habes, quo facilius er-
„rata officiis superes.

„Postremo hoc in pectus tuum demitte, num-
„quam populum Romanum beneficiis victum. nam
„bello quid valeat, tute scis.“

Ad ea Bocchus placide et benigne; simul pauca pro delicto verba facit: „se non hostili
„animo, sed ob regnum tutandum arma cepisse:
„Nam Numidiae partem unde Jugurtham expule-

„Freunde zu suchen: es schien ihm sicherer, über „Freiwillige, als Gezwungene zu herrschen. Kein „Freundschaftbund kann dir grössere Vortheile gewähren, als der unsrige. Wir sind weit entfernt: es giebt daher keine Gelegenheit zur Beleidigung; zum Wohlthun aber so viele Vortheile, als wenn wir nahe gränzten. Dann haben „wir der Frohndiener genug: aber Freunde können weder wir, noch eine andere Macht, jemals „zu viele besitzen. Hättest du doch, bei den Göttern!" gleich im Anfange diesen Entschluss gefasst. Wahrlich! du würdest dadurch bis zur „Stunde mehrere Wohlthaten erhalten haben, als „du Uebel erduldetest. Doch Menschenschicksal „lenket meistens die Glückesgöttin; ihr gefiel es, „dich unsere Macht, und unsere Gnade fühlen zu „lassen. Eile itzt, da sie dir dieses Glück vergönnt, und schreite auf deinem Pfade fort. Du „hast manche schöne Gelegenheit, deine Verirrung „durch Diensteifer wieder gut zu machen. Fasse „endlich tief ins Herz, dass sich das Römervolk „nie durch Wohlthaten besiegen liess: denn seine „Macht im Kriege lerntest du schon kennen."

Bocchus antwortete freundlich und gefällig: über sein Vergehen sprach er nur Weniges. „Er „habe nicht aus feindlicher Absicht, sondern nur, „sein Reich zu schützen, die Waffen ergriffen. „Denn der Theil Numidiens, aus dem er Jugurtha vertrieben habe, wäre, gemäss dem Kriegs-

„rit, jure belli suam factam, eam vastari ab „Mario pati nequivisse: praeterea missis antea „Romam legatis, repulsum ab amicitia.

„Ceterum vetera omittere, ac tum, si per „Marium liceret, legatos ad Senatum missu„rum."

Dein copia facta, animus barbari ab amicis flexus, quos Jugurtha, cognita legatione Sullae et Manlii, metuens id, quod parabatur, donis corruperat.

103 Marius interea, exercitu in hibernis composito, cum expeditis cohortibus et parte equitatus proficiscitur in loca sola, obsessum turrim regiam, quo Jugurtha perfugas omnis praesidium imposuerat.

Tum rursus Bocchus scilicet seu reputando, quae sibi duobus praeliis venerant, seu admonitus ab amicis, quos incorruptos Jugurtha reliquerat, ex omni copia necessariorum quinque delegit, quorum et fides cognita, et ingenia validissima erant. Eos ad Marium, ac dein, si placeat, Romam legatos ire jubet: agendarum rerum, et quocumque modo belli componendi li-

„rechte, fein Eigenthum: er könnte alfo diefes „Land nicht kaltblütig vom Marius verheeren laf- „fen. Er habe fchon zuvor Gefandte nach Rom „gefchickt; fei aber vom Freundfchaftbunde aus- „gefchloffen worden. Er wolle indefs das Alte „vergeffen, und auch itzt noch mit Marius Ge- „nehmigung Gefandte an den Senat fchicken." Man geftand ihm die Foderung zu; doch die Freunde des Barbaren, welche Jugurtha, auf die Nachricht von des Sulla und Manlius Gefandtfchaft, aus Furcht vor den neuen Entwürfen beftochen hatte, lenkten fein Herz auf einen andern Entfchlufs.

Marius verlegte indefs fein Heer in das Win- 103
terlager, und zog mit leichtgerüfteten Kohorten, und einem Theile der Reiterei durch einfame Gegenden, um eine Königsburg zu belagern, wo Jugurtha alle Ueberläufer zur Befatzung gelaffen hatte. Nun änderte Bocchus, entweder weil er all das Ungemach feiner doppelten Niederlage überdachte, oder weil ihn andere, vom Jugurtha unbeftochene Freunde warnten, auf das neue feinen Sinn. Er wählte sich aus allen feinen Vertrauten fünf Männer aus, deren Treue und Gefchicklichkeit er vorzüglich geprüft hatte, geboth ihnen, zum Marius, und dann, mit deffen Genehmigung, nach Rom, als Gefandte, abzureifen; zugleich gab er ihnen freie Vollmacht zu unterhandeln, und

centiam permittit. Illi mature ad hiberna Romanorum proficiscuntur: deinde itinere a Gaetulis latronibus circumventi spoliatique, pavidi, sine decore ad Sullam perfugiunt; quem Consul in expeditionem proficiscens pro Praetore reliquerat.

Eos ille non pro vanis hostibus, ut meriti erant, sed adcurate, ac liberaliter habuit. quare barbari et famam Romanorum avaritiae falsam, et Sullam, ob munificentiam in sese, amicum rati.

Nam etiam tum largitio multis ignara: munificus nemo putabatur, nisi pariter volens: dona omnia in benignitate habebantur.

Igitur Quaestori mandata Bocchi patefaciunt; simul ab eo petunt, uti fautor consultorque sibi adsit: copias, fidem, magnitudinem regis sui, et alia, quae aut utilia, aut benevolentiae credebant, oratione extollunt: dein Sulla omnia pollicito, docti, quo modo apud Marium, item apud Senatum verba facerent, circiter dies XXXX ibidem opperiuntur.

104 Marius postquam infecto, quo intenderat, negotio Cirtam redit; de adventu legatorum certior factus, illosque et Sullam venire jubet,

den Krieg, wie immer, beizulegen. Sie zogen frühzeitig nach dem römifchen Winterlager: doch wurden sie auf der Reife von Gätulifchen Räubern überfallen und ausgeplündert, und flüchteten fo, verzagt, ohne Kennzeichen der Würde, zu Sulla, den der Konful, während feinem Feldzuge, an Prätors ftatt, zurückgelaffen hatte. Sulla behandelte sie nicht, gemäfs ihrem Verdienfte, als treulofe Feinde; fondern nahm sie achtungsvoll und gaftfreundlich auf. Die Barbaren hielten bei diefer Aufnahme den Ruf vom Römergeitze für falfch, und verehrten Sulla, bei feinem hochherzigen Betragen, als ihren Freund. Beftechung war auch damals noch vielen unbekannt: man hielt nur Gutgesinnte für freigebig; und fchrieb jedes Gefchenk der Herzensgüte zu. So entdeckten sie dem Quäftor die Aufträge des Bocchus, bathen ihn um Schutz und Rath; und fchilderten die Macht, Treue, Hoheit ihres Königs, und andere Vorzüge, von denen sie sich Nutzen oder Wohlgewogenheit verfprachen, in hochrühmenden Ausdrücken. Sulla verfprach ihnen alle Hilfe, und lehrte sie, welchen Vortrag sie bei Marius, und dann bei dem Senate machen müfsten. Sie verweilten hier ohngefähr vierzig Tage.

Marius kehrte, ohne feine Absicht erreicht zu 104
haben, nach Cirta zurück. Als er die sichere Ankunft der Gefandten erfuhr, rief er sie, Sulla,

item L. Bellienum Praetorem Utica, praeterea omnis undique Senatorii ordinis, quibuscum mandata Bocchi cognoscit. Legatis potestas eundi Romam fit ab Consule: interea induciae postulabantur.

Ea Sullae et plerisque placuere: pauci ferocius decernunt, scilicet ignari humanarum rerum, quae fluxae et mobiles semper in advorsa mutantur.

Ceterum Mauri, impetratis omnibus rebus, tres Romam profecti cum Cn. Octavio Rufo, qui Quaestor stipendium in Africam portaverat: duo ad regem redeunt. Ex his Bocchus cum cetera, tum maxume benignitatem et studium Sullae lubens accepit. Romae legatis ejus, postquam errasse regem et Jugurthae scelere lapsum, deprecati sunt, amicitiam et foedus petentibus hoc modo respondetur.

„Senatus et populus Romanus beneficii et in„juriae memor esse solet. Ceterum Boccho, quo„niam poenitet, delicti gratiam facit. foedus et „amicitia dabuntur, cum meruerit."

105 Quis rebus cognitis, Bocchus per litteras a Mario petivit, uti Sullam ad se mitteret; cujus

den Prätor L. Bellienus von Utika, und alle vom Senatorrange überall zu sich, und unterſuchte mit ihnen Bocchus Aufträge, in denen er für die Geſandte um Erlaubniſs, nach Rom zu reiſen, bath, und in der Zwiſchenzeit um Waffenſtillſtand anſuchte. Sulla billigte das Anſuchen mit den meiſten Senatoren: Nur wenige ſetzten ſich mit trotzigem Stolze entgegen, Leute, die den Unbeſtand und Wechſel der ſtets widrigen, menſchlichen Dinge nicht durchſchauen.

Als endlich die Bitte zugeſtanden war, reiſten mit K. O. Rufus, der als Quäſtor den Sold nach Afrika gebracht hatte, drei Mauren nach Rom; zwei kehrten zu dem Könige zurück. Sie hinterbrachten Bocchus alle Vorfälle, und ſchilderten ihm vorzüglich die Wohlthätigkeit und den Dienſteifer Sulla's. Die Geſandten thaten wegen der Verirrung ihres Königs, wozu ihn Verbrecher Jugurtha verführt hätte, in Rom Abbitte, und ſuchten um Freundſchaft und Bündniſs an. Sie erhielten die Antwort: „Der Senat und das Volk „Roms erinnern ſich der Wohlthaten, wie der „Unbilden. Sie vergeben Bocchus ſeinen bereueten „Fehler; Bund und Freundſchaft werden ſie ihm „dann zugeſtehen, wenn er ſie verdiente.“

Bocchus ſchrieb auf dieſe Nachricht an Ma- 105
rius: er möchte Sulla zu ihm ſenden, damit man

arbitratu de communibus negotiis consuleretur. Is missus cum praesidio equitum atque peditum, funditorum Balearium: praeterea sagittarii et cohors Peligna cum velitaribus armis, itineris properandi caussa: neque his secus, atque aliis armis, advorsum tela hostium, quod ea levia sunt, muniti.

Sed itinere, quinto denique die, Volux filius Bocchi, repente; in campis patentibus, cum mille non amplius equitibus sese ostendit: qui temere et effuse euntes Sullae aliisque omnibus et numerum ampliorem vero, et hostilem metum efficiebant.

Igitur sese quisque expedire, arma atque tela tentare, intendere: timor aliquantus, sed spes amplior, quippe victoribus, et advorsum eos, quos saepe vicerunt. Interim equites, exploratum praemissi, rem, uti erat, quietam nuntiant.

106 Volux adveniens Quaestorem adpellat: se a patre Boccho obviam illis simul, et praesidio missum.

Deinde eum et proxumum diem sine metu conjuncti eunt. Post, ubi castra locata, et die vesper erat, repente Maurus incerto voltu

sich nach deſſen Entſcheidung über das gemeine Beſte berathen könnte. Er ward mit einer Bedekkung von Reitern, Fuſsgängern und baleariſchen Schleuderern abgeſchickt. Auch Pfeilſchützen zogen mit; ſamt der Peligner Kohorte, die, wegen dem ſchnellen Marſche, leichte Rüſtung trugen, wodurch sie gegen die ſchwachen Pfeile der Feinde eben ſo gut, wie durch andere Waffen, gedeckt waren. Am fünften Tage ihres Zuges zeigte sich plötzlich Volux, des Bocchus Sohn, auf weiten Gefilden, mit nicht mehr als tauſend Reitern, die sich ohne Plan, und zerſtreut umher tummelten, dadurch Sulla und allen andern zahlreicher ſchienen, und Furcht vor einem feindlichen Angriffe erregten. Jeder rüſtete sich deſswegen ſogleich, griff nach Waffen und Wehre; alle waren geſpannt. Man fürchtete sich ein wenig: doch gröſser war ihr Muth; denn sie hatten, als Sieger, gegen ſchon oft besiegte Feinde zu fechten. Indeſs wurden Reiter zur Kundſchaft vorausgeſchickt, und dieſe hinterbrachten: alles ſei sicher.

Volux nahte sich, und verkündete dem Quäſtor, daſs ihn Vater Bocchus den Römern zur Bedeckung entgegen geſchickt habe; dann zogen sie dieſen und folgenden Tag, aneinander geſchloſſen, ohne Furcht fort. Als man nachher das Lager ſchlug, und der Abend niederſank, eilte der Mau- 106

ad Sullam adcurrit: sibi ex speculatoribus cognitum, Jugurtham haud procul abesse: simul, uti noctu clam secum profugeret, rogat atque hortatur.

Ille animo feroci negat se toties fusum Numidam pertimescere: virtuti suorum satis credere: etiam si certa pestis adesset, mansurum potius, quam proditis, quos ducebat, turpi fuga incertae ac forsitan post paullo morbo interiturae vitae parceret.

Ceterum ab eodem monitus, uti noctu proficiscerentur, consilium adprobat: ac statim milites coenatos esse, in castris ignis quam creberrimos fieri, dein prima vigilia silentio egredi jubet.

Jamque nocturno itinere fessis omnibus, Sulla pariter cum ortu solis castra metabatur, cum equites Mauri nuntiant, Jugurtham circiter duum millium intervallo ante consedisse.

Quod postquam auditum, tum vero ingens metus nostros invadit: credere se proditos a Voluce et insidiis circumventos Ac fuere, qui dicerent, manu vindicandum, neque apud illum tantum scelus inultum relinquendum.

rer mit bestürztem Angesichte, bebend, auf Sulla zu, und brachte ihm die Aussage der Späher, die Jugurtha's Herannahen entdeckt hatten, und bath und beschwur ihn zugleich, er möchte mit ihm bei geheimer Nacht davon flüchten. Doch Sulla weigerte sich trotzigen Muthes: „Er fürchte den so oft geschlagenen Numiden nicht. Er setze auf die Tapferkeit der Seinigen unerschüttertes Zutrauen; wenn auch das unvermeidliche Verderben heranstürmte, so wollte er doch lieber bleiben, als die ihm anvertrauten Krieger verrathen, und durch eine schändliche Flucht sein unsicheres, vielleicht bald durch eine Krankheit zu endendes, Leben schonen.“ Doch den Rath des nämlichen, bei der Nacht aufzubrechen, genehmigte er, und geboth sogleich, die Krieger sollten im Lager Nachtmahl halten, zahlreiche Feuer anzünden, und dann bei der ersten Nachtwache still abziehen. Schon waren alle durch den nächtlichen Marsch ermüdet: und Sulla schlug mit Aufgang der Sonne ein Lager. Plötzlich kündeten die Maurer Reiter an, Jugurtha habe sich in einem Zwischenraume von zweitausend Schritten vor ihnen gelagert. Diese Nachricht erregte bei den unsrigen tiefes Schrecken; sie glaubten sich vom Volux verrathen, und in einen Hinterhalt gelockt. Einige riefen, man müsste ihn ergreifen, Rache nehmen, und solch ein Verbrechen nicht unbestraft lassen.

107 At Sulla, quamquam eadem aestumabat, tamen ab injuria Maurum prohibet: suos hortatur, uti fortem animum gererent; saepe antea paucis strenuis advorsum multitudinem bene pugnatum: quanto sibi in praelio minus pepercissent, tanto tutiores fore: nec quemquam decere, qui manus armaverit, ab inermis pedibus auxilium petere, in maxumo metu nudum et caecum corpus ad hostis vortere.

Deinde Volucem, quoniam hostilia faceret, maxumum Jovem obtestatus, ut sceleris atque perfidiae Bocchi testis adesset, castris abire jubet.

Ille lacrumans orare, ne ea crederet: nihil dolo factum, magis calliditate Jugurthae, cui videlicet speculanti iter sunm cognitum esset.

Ceterum, quoniam neque ingentem multitudinem haberet, et spes opesque ejus ex patre suo penderent; illum nihil palam ausurum, cum ipse filius testis adesset: quare optumum factum videri, per media ejus castra palam transire: sese, vel praemissis, vel ibidem relictis Mauris, solum cum Sulla iturum. Ea res, ut in tali negotio, probata, ac statim profecti: quia de improviso accesserant, dubio atque haesitante

Auch Sulla ahnete Verrätherei; doch ſchützte er den Maurer gegen jede Miſshandlung. Er ermunterte die Seinigen, Heldenmuth zu faſſen; „Schon oft habe ein kleiner, tapferer Haufe den an Zahl überlegenen Feind besiegt: je weniger sie sich im Treffen ſchonten, deſto sicherer würden sie ſeyn. Wer einmal die Hand bewaffne, müſste nicht vom feigen Fuſse Rettung hoffen, noch in betäubender Furcht dem Feinde den bloſsen, unsichern Rücken wenden.“ Dann beſchwur er den allmächtigen Jupiter als Zeugen des Verbrechens, der Treulosigkeit von Bocchus, und geboth dem Volux, als einen feindlichgesinnten Verräther, aus dem Lager zu weichen. Dieſer bath unter Thränen: „Er möchte ſo was nicht glauben; dieſs ſei nicht das Werk der Verrätherei, ſondern des liſtgewandten Jugurtha, der ohne Zweifel ſeinen Zug ausgeſpähet hätte. Indeſs unterſtütze dieſen kein mächtiges Heer; all deſſen Hoffnung und Macht hänge von ſeinem Vater ab; er würde alſo vor den Augen des Sohnes ſelbſt nie einen offenbaren Angriff wagen. Man würde am beſten thun, wenn man geradezu mitten durch deſſen Lager zöge: er wolle die Maurer vorausſchicken, oder zurück laſſen, und allein mit Sulla gehen.“ Man fand dieſen Antrag bei ſolch einer Lage gut; und brach ſogleich auf. Jugurtha zagte und ſchwankte bei der unverſehenen Annäherung; und sie retteten

Jugurtha, incolumes transeunt. Deinde paucis diebus, quo ire intenderant, perventum.

108 Ibi cum Boccho Numida quidam, Aspar nomine, multum et familiariter agebat: praemissus ab Jugurtha, postquam Sullam accitum audierat, orator, et subdole speculatum Bocchi consilia: praeterea Dabar, Massugradae filius, ex gente Masinissae, ceterum materno genere impar (nam pater ejus ex concubina ortus erat); Mauro ob ingenii multa bona carus acceptusque: quem Bocchus fidum (Romanis) multis antea tempestatibus expertus, illico ad Sullam nunciatum mittit, paratum sese facere, quae populus Romanus vellet: colloquio diem, locum, tempus ipse deligeret: consulta sese omnia cum illo integra habere, neu Jugurthae legatum pertimesceret; cautum esse, quo res communis licentius gereretur; nam ab insidiis ejus aliter caveri nequivisse.

Sed ego comperior, Bocchum magis Punica fide, quam ob quae praedicabat, simul Romanos et Numidam spe pacis adtinuisse, multumque cum

sich ungefährdet durch das Lager. Nach weniger Tagen erreichten sie den gewünschten Ort.

Aspar, ein Numide, unterhandelte da mit Bocchus oft und vertraut. So bald Jugurtha von Sulla's Rufe gehört hatte, schickte er jenen, als bevollmächtigten, und als schlauen Späher der geheimern Entwürfe des Bocchus. Auch Dabar, Massugradas Sohn, befand sich hier: er stammte aus Massinissa's Geschlechte; doch mütterlicher Seite von niedriger Abkunft; denn der Vater ward aus einer Beischläferin gezeugt. Sein ausgezeichnetes Talent machte ihn dem Mauren werth und theuer. Bocchus hatte seine Treue schon vorher in mancher misslichen Lage geprüft, und schickte ihn desswegen eilends, als Gesandten, zum Sulla, mit dem Auftrage: „Er sei bereit, jeden Wunsch des römischen Volkes zu erfüllen. Sulla möchte selbst Tag, Ort und Zeit für eine Unterredung bestimmen. Nichts soll ihre gegenseitigen Unterhandlungen stören. Er dürfe Jugurtha's Gesandten nicht fürchten. Man habe Vorsorge getroffen, dass die gemeinschaftliche Sache so ohne Hinderniss geschlichtet würde: denn anders habe man seiner Hinterlist nicht entgegen arbeiten können.“ Allein ich habe Beweise, dass Bocchus mehr aus punischer Untreue, als gemäss den vorgegebenen Gründen, so handelte; dass er zugleich die Römer und den Numiden mit der Friedenshoffnung hinhielt, und 108

animo suo volvere solitum, Jugurtham Romanis, an illi Sullam traderet: lubidinem advorsum nos, metum pro nobis suasisse.

109 Igitur Sulla respondit: pauca se coram Aspare locuturum, cetera occulte, aut nullo, aut quam paucissimis praesentibus; simul edocet, quae responderentur.

Postquam, sicuti voluerat, congressi, dicit: se missum a Consule venisse quaesitum ab eo, pacem, an bellum agitaturus foret. Tum rex, uti praeceptum, post diem decimum redire jubet; ac nihil etiam nunc decrevisse, sed illo die responsurum. Deinde ambo in sua castra digressi.

Sed ubi plerumque noctis processit, Sulla a Boccho occulte arcessitur: ab utroque tantummodo fidi interpretes adhibentur; praeterea Dabar internuncius, sanctus vir et ex sententia ambobus. Ac statim sic rex incipit.

110 „Nunquam ego ratus sum fore, uti rex ma-
„xumus in hac terra, et omnium, quos novi,
„opulentissumus, privato homini gratiam debe-
„rem. Et hercle, Sulla, ante te cognitum,
„multis orantibus, aliis ultro egomet opem tuli,

lange im Herzen bei sich erwog, ob er Jugurtha den Römern, oder Sulla dem Jugurtha auslieferte. Sein Herz entschied gegen uns; seine Furcht für uns.

Sulla gab zur Antwort: „Er würde in Aspars Gegenwart nur weniges reden: und alles übrige ingeheim, entweder vor keinem, oder sehr wenigen Zeugen unterhandeln." Er bestimmte zugleich, was man antworten müßte. Als sie, wie er gewollt hatte, zusammen gekommen waren, sprach er: „Der Konsul habe ihn geschickt, Bocchus zu fragen: ob er für Frieden, oder Krieg gestimmt sei." Der König befahl ihm, der Abrede gemäß, „nach zehen Tagen wieder zu kehren: er habe bis itzt noch nichts beschlossen: an jenem Tage würde er entscheidende Antwort geben." Hierauf giengen beide in ihr Lager zurück. Tief nach Mitternacht ward Sulla ingeheim vom Bocchus herbeigerufen. Beide erlaubten nur treuen Dollmetschern den Zutritt. Dabar, ein biederer, und beiden Partheien willkommener Mann, war ihr Unterhändler. Der König begann sogleich mit den Worten: 109

„Nimmer hätte ich geglaubt, daß ich, der „mächtigste König in diesem Lande; ich, der „reichste von allen, die ich kenne, jemals ei„nem Privatmanne Dank wissen müßte. Bei dem „Herkules! ehe ich dich kannte, Sulla! half ich „schon vielen auf ihre Bitte; vielen auch aus ei- 110

„nullius indigui. Id immutatum, quod ceteri „dolere solent, ego laetor: fuerit mihi pretium „eguisse aliquando amicitiae tuae, qua apud „animum meum nihil carius habeo.

„Id adeo experiri licet: arma, viros, pe„cuniam, postremo quidquid animo lubet, sume, „utere: et, quoad vives, numquam redditam „gratiam putaveris; semper apud me integra „erit: denique nihil, me sciente, frustra voles.

„Nam, ut ego aestumo, regem armis, quam „munificentia, vinci, minus flagitiosum.

„Ceterum de republica vestra, cujus curator „huc missus es, paucis accipe.

„Bellum ego populo Romano neque feci, ne„que factum umquam volui: finis meos advor„sum armatos armis tutus sum. Id omitto, „quando vobis ita placet: gerite, uti voltis cum „Jugurtha bellum. Ego flumen Mulucham, quod „inter me et Micipsam fuit, non egrediar, ne„que Jugurtham id intrare sinam.

„Praeterea si quid meque vobisque dignum „petiveris, haud repulsus abibis."

„genem Triebe; doch hatte ich felbst nie fremder
„Hilfe nöthig. Die Sache hat sich geändert; an-
„dere würden trauern; ich freue mich darüber.
„Ich erkenne es für eine Ehre, dafs ich endlich
„deiner Freundfchaft, die meinem Herzen über
„alles theuer ist, nöthig habe. Ich gebe dir si-
„chere Beweife davon. Waffen, Krieger, Geld,
„kurz, alles, was dein Herz verlangt, steht dir
„zu Gebothe und Gebrauche. Glaube ja in deinem
„Leben niemals, dafs ich dir würdigen Lohn er-
„wiederte. Mein Dankgefühl foll nie erlofchen.
„Ich will jeden deiner Wünfche, die ich kenne,
„befriedigen: denn ich halte es für einen König
„minder fchändlich, sich durch Waffen, als durch
„Wohlthun besiegen zu laffen. Wegen deinem
„Freistaate, als deffen Anwalt du hier erfcheinst,
„habe ich dir nur weniges zu fagen. Ich habe
„das Römervolk weder bekriegt, noch wollte ich
„es jemals bekriegen. Meine Waffen fchützten
„nur meine Gränzen gegen Bewaffnete. Ich lege
„sie nieder, wenn es euch fo gefällt. Führet mit
„Jugurtha Krieg, wie ihr wollet. Ich will den
„Muluchastrom, der mich und Micipfa fchied, nie
„überfchreiten, und auch Jugurtha den Uebergang
„wehren. Hast du fonst noch eine Foderung, die
„meiner und euer würdig ist, du follest keine
„Fehlbitte thun."

111 Ad ea Sulla pro se breviter et modice; de pace et de communibus rebus multis disseruit.

Denique regi patefacit, „quod polliceatur, „Senatum et populum Romanum, quoniam am-„plius armis valuissent, non in gratiam habitu-„ros: faciundum aliquid, quod illorum magis, „quam sua, retulisse videretur; id adeo in „promptu esse, quoniam Jugurthae copiam habe-„ret: quem si Romanis tradidisset, fore, uti „illi plurimum deberetur; amicitiam, foedus, „Numidiae partem, quam nunc peteret, ultro „adventuram.“

Rex primo negitare: adfinitatem, cognationem, praeterea foedus intervenisse: ad hoc metuere, ne fluxa fide usus, popularium animos averteret; quis et Jugurtha carus, et Romani invisi erant. Denique saepius fatigatus, lenitur et ex voluntate Sullae omnia se facturum promittit.

Ceterum ad simulandam pacem, cujus Numida, defessus bello, avidissumus, quae utilia visa, constituunt. Ita, composito dolo, digrediuntur.

112 At rex postero die Asparem, Jugurthae legatum adpellat: sibi per Dabarem ex Sulla cogni-

Sulla antwortete für seine Person kurz und bescheiden; über den Frieden und die gemeine Sache breitete er sich weiter aus. Endlich eröffnete er dem Könige: „Seine Versprechen würden bei den „siegreichen Waffen des Senats und Römervolkes „wenig Beifall erhalten: er müsste sie durch „eine That gewinnen, die mehr ihrem, als sei„nem eigenen Vortheile frommte. Es fehle ihm „nicht an Gelegenheit dazu; er habe Jugurtha in „seinen Händen. Würde er den Römern diesen „Feind ausliefern, so müsste man ihm den gröss„ten Dank wissen. Freundschaft, Römerbund, „und der Theil Numidiens, den er itzt foderte, „wären dann sein sicherer Lohn.“ 111

Der König weigerte sich anfangs. „Verwandtund Freundschaft; dann auch Bündniss hinderten ihn: auch fürchte er, durch diese Untreue die Liebe seiner Unterthanen zu verlieren; denn sie schätzten Jugurtha, und hassten die Römer.“ Als man ihm öfter zusetzte, ward er geschmeidig, und gab endlich sein Wort, Sulla's Wunsche ganz zu entsprechen. Indess trafen sie alle Anstalten, die ihnen nützlich schienen, um den Frieden zu heucheln, nach dem sich der vom Kriege geschwächte Numide herzlich sehnte. Als die Tücke beschlossen war, trennten sie sich.

Folgenden Tages rief der König Jugurtha's Gesandten, Aspar, zu sich, und sagte ihm: „Dabar 112

tum, posse conditionibus bellum poni: quamobrem regis sui sententiam exquireret.

Ille laetus in castra Jugurthae venit. Deinde ab illo cuncta edoctus, properato itinere, post diem octavum redit ad Bocchum, et ei nunciat, „Jugurtham cupere omnia, quae imperarentur, „facere; sed Mario parum confidere: saepe an„tea cum imperatoribus Romanis pacem conven„tam frustra fuisse.

„Ceterum Bocchus si ambobus consultum et „ratam pacem vellet, daret operam, ut una ab „omnibus, quasi de pace, in colloquium venire„tur; ibique sibi Sullam traderet. cum talem „virum in potestate haberet, fore, uti jussu „Senatus atque populi Romani foedus fieret: ne„que hominem nobilem, non sua ignavia, sed „ob rempublicam in hostium potestate, relictum „iri."

113 Haec Maurus secum ipse diu volvens tandem promisit. Ceterum dolo, an vere parum comperimus.

Sed plerumque regiae voluntates, ut vehementes, sic mobiles, saepe ipsae sibi advorsae.

habe ihm entdeckt; Sulla glaube, man könne den
Krieg durch Verträge beilegen. Er möchte alſo die
Geſinnung ſeines Königs ausforſchen.“ Dieſer
reiſte freudig in Jugurtha's Lager. So bald er von
ihm alle Aufträge erhalten hatte, beſchleunigte er
den Rückweg, kam nach acht Tagen bei Bocchus
an, und hinterbrachte ihm: „Jugurtha wünſche,
„jeden Befehl zu vollziehen: doch traue er dem
„Marius nicht. Er habe ſchon oft mit den Römer-
„feldherrn Frieden geſchloſſen: aber ſtets ohne
„Wirkung. Wenn Bocchus beiden rathen wollte,
„und ſichern Frieden wünſchte, ſollte er darauf
„dringen, daſs man vereint allerſeits, wie zu ei-
„nem Friedensgeſchäfte, zu einer Unterredung zu-
„ſammen träte. Bei dieſer Gelegenheit müſste er
„ihm Sulla ausliefern. Wenn er ſolch einen Mann
„unter ſeiner Gewalt hätte; dann würde endlich
„auf den Befehl des Senats und römiſchen Volkes
„ein Bund geſchloſſen werden; und man könne
„dieſen Mann von Adel, der nicht aus Feigheit,
„ſondern wegen dem Vaterlande in Feindes Ge-
„walt wäre, unmöglich verlaſſen.“

Der Maurer überſann dieſen Antrag lange bei 113
ſich: endlich gab er ſein Wort. Ob er aus Liſt, oder im Ernſte ſo zauderte, kann ich nicht ſicher entſcheiden. Der Charakter eines Königs iſt meiſtens eben ſo ſchwankend, als heftig, und ſteht oft mit ſich im Widerſpruche.

Postea tempore et loco constituto, (in colloquium uti de pace veniretur) Bocchus Sullam modo, modo Jugurthae legatum adpellare, benigne habere, idem ambobus polliceri. Illi pariter laeti, ac spei bonae pleni.

Sed nocte ea, quae proxuma fuit ante diem, colloquio decretum, Maurus adhibitis amicis, ac statim immutata voluntate remotis, dicitur secum ipse multa agitavisse, voltu corporis pariter, atque animo varius: qua re scilicet tacente ipso, occulta pectoris patefecisse.

Tamen postremo Sullam arcessiri jubet, et ex ejus sententia Numidae insidias tendit. Deinde, ubi dies advenit, et ei nuntiatum est, Jugurtham haud procul abesse; cum paucis amicis et Quaestore nostro, quasi obvius honoris caussa, procedit in tumulum, facillumum visu insidiantibus.

Eodem Numida cum plerisque necessariis suis, inermus, ut dictum, accedit; ac statim, signo dato, undique simul ex insidiis invaditur.

Ceteri obtruncati: Jugurtha Sullae vinctus traditur, et ab eo ad Marium deductus.

Als man Zeit und Ort, gleichsam zu einer Friedensunterhandlung zusammen zu treten, festgesetzt hatte, unterhielt sich Bocchus bald mit Sulla, bald mit Jugurtha's Gesandten. Er empfieng sie gnädig; versprach beiden das nämliche, und beide waren voll guter Hoffnung und Freude. Doch die Nacht vor der festgesetzten Unterhandlung rief der Maurer seine Vertrauten zu sich; und entliess sie, geänderten Entschlusses, gleich wieder. Itzt vertiefte er sich selbst in ernstes Nachsinnen; Gesicht, Farbe, Geberde, Gedanke wechselten; und ob er gleich selbst schwieg, verrieth doch schon seine geänderte Miene die Herzensgeheimnisse. Zuletzt geboth er, Sulla zu holen; und nach dessen Wunsche legte er dem Numiden Schlingen. Als der Tag anbrach, gieng er Jugurtha, dessen Ankunft man ihm hinterbrachte, gleichsam aus Ehrengepränge, mit wenigen Freunden und unserm Quästor, entgegen, und bestieg einen Hügel, auf den die Laurer offene Aussicht hatten. Eben dahin kam auch der Numide (doch, gemäss dem Vertrage, wehrlos), mit den meisten seiner Vertrauten. Allein man stürmte sogleich auf gegebenes Zeichen, von allen Seiten vereint aus dem Hinterhalte hervor: die übrigen wurden niedergehauen: Jugurtha dem Sulla gefesselt ausgeliefert, und von ihm zum Marius geführt.

Per idem tempus advorsum Gallos ab ducibus
114 nostris, Q. Caepione et M. Manlio male pugnatum. quo metu Italia omnis contremuerat. Illique, et inde usque ad nostram memoriam, Romani sic habuere: alia omnia virtuti suae prona esse; cum Gallis pro salute, non pro gloria certari.

Sed postquam bellum in Numidia confectum, et Jugurtham vinctum adduci Romam nunciatum est; Marius Consul absens factus, et ei decreta provincia Gallia. isque Kalendis Januariis magna gloria Consul triumphavit.

Ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitae.

Finis belli Jugurthini.

Um die nämliche Zeit waren unſere Führer, 114
Q. Cäpio und M. Manlius, im Kriege gegen die Gallier ſehr unglücklich. Ganz Italien erbebte bei dieſem Schrecken. Die Römer glaubten ſowohl damals, als in unſern Tagen, daſs ihrer Tapferkeit alles übrige unterliege; aber mit den Galliern müſſe man nicht um Ruhm, ſondern um eigene Rettung kämpfen. Doch ſo bald die Nachricht erſcholl, daſs der Krieg in Numidien geendet ſei, und Jugurtha gefeſſelt nach Rom geführt werde; wählte man Marius in ſeiner Abweſenheit zum Konſul; übertrug ihm die Provinz Gallien; und er hielt am erſten Januar, als Konſul, einen ruhmvollen Triumph. Seit der Zeit beruhte die Hoffnung und Macht des Freiſtaates auf ihm.

Ende des Jugurthinischen Krieges.

C. CRISPI SALLUSTII

HISTORIARUM

FRAGMENTA.

Romanorum mores post bellum postremum Carthaginiense.

At discordia, et avaritia, atque ambitio, et cetera secundis rebus oriri sueta mala, post Carthaginis exscidium maxume aucta sunt.

Nam injuriae validiorum, et ob eas discessio plebis a patribus, aliaeque dissensiones domi fuere jam inde a principio: neque amplius, quam regibus exactis, dum metus a Tarquinio et bellum grave cum Etruria positum est, aequo et modesto jure agitatum: dein servili imperio patres plebem exercere, de vita atque tergo regio more consulere: agro pellere, et, ceteris expertibus, soli in imperio agere.

Quibus saevitiis, et maxume foenoris onere oppressa plebes, cum assiduis bellis tributum si-

Römersitten nach dem letzten punischen Kriege.

Doch Zwietracht, Geitz, Würdensucht und andere Uebel, die günstiges Glück erzeugt, griffen nach Carthago's Zerstörung am meisten um sich. Schon im Anfange zerrütteten die Beleidigungen der Grossen, und die deswegen erfolgte Trennung des Volkes von den Vätern, und andere Mishelligkeiten das Innere des Staates. Man handelte nicht länger, als zur Zeit der entthronten Könige, bis man die Furcht vor dem Tarquinius, und den harten Krieg mit Etrurien beseitigt hatte, nach Recht und Billigkeit: aber dann drückten die Väter das Volk mit einem eisernen Joche, und tödteten oder geiselten die Bürger mit königlicher Grausamkeit. Sie vertrieben selbe aus ihren ländlichen Besitzungen; alle waren ohnmächtig; die Grossen herrschten allein. Dieses Wüthrichsystem, und vorzüglich der Druck des Wuchers beugten das Volk, das, bei ewigen Fehden, Auflagen und Kriegsungemach

mul et militiam toleraret, armata montem sacrum atque Aventinum insedit. Tumque Tribunos plebis et alia sibi jura paravit. Discordiarum et certaminis utrimque finis fuit secundum bellum Punicum.

2 Postquam, remoto metu Punico, simultates exercere vacuum fuit, plurimae turbae, seditiones, et ad postremum bella civilia orta sunt; dum pauci potentes, quorum in gratia plerique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine, dominationes adfectabant, bonique et mali cives adpellati, non ob merita in rempublicam, omnibus pariter corruptis, sed uti quisque locupletissumus et injuria validior: quia praesentia defendebat, pro bono ducebatur.

Ex quo tempore majorum mores non paullatim, ut antea, sed torrentis modo praecipitati: adeo juventus luxu atque avaritia corrupta est, uti merito dicatur, genitos esse, qui neque ipsi habere possent res familiares, neque alios pati.

erduldete, vollends nieder, und es zog ſich mit bewaffneter Hand auf den heiligen, und Aventiner Berg zurück. Da erwarb es ſich Volksführer und andere Rechte. Nach dem zweiten puniſchen Kriege endete ſich beiderſeits Hader und Zwietracht.

Aber ſo bald die Furcht vor den Pönern ver- 2
ſchwunden war, fanden ſie freie Muſse, ihre Feindſeligkeiten auszuüben. Es entſtanden Unruhen, Empörungen, und zuletzt Bürgerkriege. Wenige Mächtige, unter deren Schutz ſich die meiſten begaben, ſtrebten, unter dem ſchönen Namen der Väter, oder der Volkswürde, nach Herrſchaft. Der Name eines guten oder böſen Bürgers gründete ſich nicht mehr auf Verdienſte um das Vaterland; denn alle waren insgeſamt verdorben; ſondern wer reichere Schätze, oder gröſsere Macht, um ſchaden zu können, beſaſs, der galt, weil er die gegenwärtige Verfaſſung ſchützte, als ein guter Bürger. Seit der Zeit ſanken die Vätersitten nicht mehr allmählig, ſondern ſtürzten gleich einem Bergſtrome abwärts. Die Jugend war ſo ſehr durch Schwelgſucht und Geitz verpeſtet, daſs man von dieſen Leuten mit Recht behaupten konnte, ſie ſeien nur dazu gebohren, um ſelbſt kein häusliches Glück zu genieſsen, und auch den Wohlſtand der Mitbürger zu untergraben.

M. Aemilii Lepidi Cos. ad p. r. Oratio contra Sullam.

1 Clementia et probitas vestra, Quirites, quibus per ceteras gentis maxumi et clari estis, plurimum timoris mihi faciunt, advorsus tyrannidem L. Sullae: ne ipsi nefanda quae aestumatis, ea parum credendo de aliis, circumveniamini (praesertim cum illi spes omnis in scelere atque perfidia sit: neque se aliter tutum putet, quam si pejor atque intestabilior metu vestro fuerit, quo captivis libertatis curam miseria eximat) aut si provideritis, in tutandis periculis magis, quam in ulciscendo teneamini.

Satellites quidem ejus, homines maxumi nominis, non minus optumis majorum exemplis, nequeo satis mirari, dominationis in vos, servitium suum mercedem dant: et utrumque per injuriam malunt, quam optumo jure libere agere.

Rede des Konſuls M. Aemilius Lepidus, gehalten vor dem römiſchen Volke gegen Sulla.

Eure Gnade und Güte, Quiriter! die euch vor allen Völkern ſo groſs und ehrwürdig macht, erregte bei Sulla's Tyrannei die gröſste Furcht in mir. Man kann euch hintergehen, wenn ihr andere der Greulthaten unfähig haltet, die ihr ſelbſt verabſcheuet: und dieſes um ſo mehr, da jener ſeine ganze Hoffnung auf Verbrechen und Treuloſigkeit gründet, und ſich nur dann ſicher glaubt, wenn er bei eurer Furcht noch gottloſer und verruchter wüthet, und bei ſo vielem Elende euch Sklaven ſelbſt die Sehnſucht nach Freiheit nimmt. Und wenn ihr auch vorſichtig handelt, ſo fürchte ich, daſs ihr mehr auf Entfernung der Gefahr, als auf Rache denket. Ich kann nicht genug ſtaunen, wie ſeine Anhänger, Leute von ſo erhabenem Namen, und Söhne ehrwürdiger Väter, ſich ihm, als Sklaven, verkaufen, um über euch herrſchen zu können: ſie wünſchen lieber dieſes doppelte Unrecht, als den edlen Genuſs der Freiheit. 1

2 Praeclara Brutorum, atque Aemiliorum et Lutatiorum proles, geniti ad ea, quae majores virtute peperere, subvertunda.

Nam quid a Pyrrho, Hannibale, Philippoque et Antiocho defensum est aliud, quam libertas, et suae cuique sedes; neu cui, nisi legibus, pareremus? quae cuncta saevus iste Romulus, quasi ab externis rapta, tenet: non tot exercituum clade, neque consulis et aliorum principum, quos fortuna belli consumpserat, satiatus; sed tum crudelior, cum plerosque secundae res in miserationem ex ira vertunt.

Quin solus omnium, post memoriam hominum, supplicia in post futuros composuit: quis prius injuria, quam vita certa esset; pravissumeque per sceleris immanitatem adhuc tutus fuit; dum vos, metu gravioris servitii, a repetunda libertate terremini.

3 Agendum atque obviam eundum est, Quirites; ne spolia vestra penes illum sint: non prolatandum neque votis paranda auxilia. nisi

Die erlauchten Sprösslinge der Bruter, Aemilier und Lutatier, sind alfo dazu gebohren, um das, was ihre Ahnen durch Tugend gründeten, vom Grunde aus zu zerftören? Oder was vertheidigte man gegen Pyrrhus, Hannibal, Philipp und Antiochus, als Freiheit? als eigenen Herd? als das Vorrecht, dafs wir Niemanden, als dem Gefetze, gehorchten? Aber alle diefe Güter reifst diefer Wütherich und Afterromulus, wie die Beute des Auslandes, als Eigenthum an sich. Er hat sich an der Niederlage fo vieler Heere; an der Ermordung des Konfuls, und anderer Männer vom erften Range, die der verderbliche Krieg aufrieb, noch nicht gefättigt. Günftiges Schickfal fchafft andere vom Zorne zum Mitleiden um: aber ihn macht es noch graufamer. Ha! er ift von allen Menfchenungeheuern der einzige, der felbft gegen noch ungebohrne Strafen verhängt; und dem Nachkömmling ift eher der Fluch, als das Leben befchieden. Er wüthet bei dem Greuel des Verbrechens auf die verruchtefte Weife ungefcheut, weil ihr euch, aus Furcht einer noch drückendern Sklaverei, von Wiedererkämpfung der Freiheit zurückfchrecken laffet. 2

Wir müffen handeln, Quiriter! wir müffen entgegen kämpfen, damit nicht unfere Beute fein Antheil werde. Wir dürfen nicht mehr zögern, noch bei frommen Gelübden Hilfe fuchen Oder hoffet ihr 3

forte speratis, per taedium jam aut pudorem tyrannidis, esse eum per scelus occupata periculosius dimissurum. At ille eo processit, uti nihil gloriosum, nisi tutum, et omnia retinendae dominationis honesta existumet.

Itaque illa quies et otium cum libertate, quae multi probi potius, quam laborem cum honoribus, capessebant, nulla sunt.

Hac tempestate serviundum, aut imperitandum: habendus metus, aut faciundus, Quirites.

4 Nam quid ultra? quaeve humana superant, aut divina impolluta sunt? populus Romanus, paullo ante gentium moderator, exutus imperio, gloria, jure, agitandi inops, despectusque, ne servilia quidem alimenta reliqua habet.

Sociorum et Latii magna vis, civitate, pro multis et egregiis factis a vobis data, per unum prohibentur: et plebis innoxiae patrias sedes occupavere pauci satellites, mercedem scelerum.

Leges, judicia, aerarium, provinciae, reges, penes unum, denique necis civium, et vitae licentia. Simul humanas hostias vidistis, et sepulchra infecta sanguine civili.

etwa, daſs er über ſeine Tyrannei Reue und Schaam fühlen werde? daſs er den Raub, den er durch Laſter an ſich riſs, mit eigner, gröſserer Gefahr ausliefere? Nimmer! denn es kam ſo weit mit ihm, daſs er nichts für ruhmvoll hält, als was ſeine Sicherheit gründet; und nichts für edel, als wodurch er ſeine Herrſchaft beibehalten kann. Dahin sind jene Ruhe, jener Friede bei dem Freiheitgenuſſe, den Rechtſchaffene mehr als gefahrvolle Würden ſuchten. In dieſen Tagen, Quiriter! muſs man Sklave ſeyn, oder herrſchen: zittern, oder ſchrecken.

Oder was erwartet ihr noch weiter? Quiriter! 4
Welch ein Menſchenrecht blieb geſichert? welch ein Heiligthum unbefleckt? Das Römervolk, das kurz zuvor Völker beherrſchte, verlor alle Herrſchaft, Ruhm und Richterwürde: arm und verachtet findet es ſelbſt nicht Sklavennahrung. Ein einziger entreiſst Verbündeten, und einer groſsen Macht Latiens das Bürgerrecht, welches sie von euch durch ſo viele herrliche Thaten erhalten hatten; und den väterlichen Herd des unſchuldigen Landbürgers beſetzten wenige Blutknechte als den Lohn ihrer Verbrechen. Geſetze, Richterſprüche, Staatskaſſe, Provinzen, Könige ſtehen unter dem Gebothe eines Einzigen: er hat zügelloſe Vollmacht über Tod und Leben der Bürger. Ihr ſahet ja die Menſchenopfer fallen! ſahet die Gräber mit Bürgerblute beflecket!

Estne viris reliqui aliud, quam solvere injuriam, aut mori per virtutem? quoniam quidem unum omnibus finem natura vel ferro septis statuit: neque quisquam extremam necessitatem nihil ausus, nisi muliebri ingenio exspectat.

5 Verum ego seditiosus, uti Sulla ait, qui praemia turbarum queror; et bellum cupiens, quia jura pacis repeto.

Scilicet, quia non aliter salvi satisque tuti in imperio eritis, nisi Vettius Picens, scriba Cornelius aliena bene parata prodegerint: nisi approbaveritis omnes proscriptiones innoxiorum, ob divitias; cruciatus virorum illustrium; vastam urbem fuga et caedibus; bona civium miserorum, quasi Cimbricam praedam, venum aut dono datam.

At objectat mihi possessiones ex bonis proscriptorum; quod quidem scelerum illius vel maxumum est, non me, neque quemquam omnium satis tutum fuisse, si recte faceremus.

Atque illa quae tum formidine mercatus sum, pretio soluto: jure dominis tamen restituo; ne-

Welch ein Weg ſteht euch, wenn ihr Männer ſeid, noch offen, als daſs ihr die Schmach rächet; oder heldenmüthig ſterbet? Die Natur zeigt allen, auch wenn ſie mit Eiſen gepanzert ſind, das nämliche Ende; und nur der weibiſche Weichling harret geduldig auf den äuſserſten Druck, ohne daſs er sich zu vertheidigen wagt.

Doch ich bin, wie Sulla ſagt, ein Empörer, 6
weil ich über den Preis der Meutereien klage. Ich wünſche den Krieg, weil ich die Rechte des Friedens zurückfodete. — Das heiſst, wir können unter ſeiner Herrſchaft nicht anders gerettet werden, und ſicher ſeyn, als wenn Vettius der Pizener, und der Schreiber Kornelius das fremde ehrlich erworbene Gut verſchwenden: als wenn wir die Unthaten billigen, daſs man Unſchuldige wegen ihren Reichthümern ächte; daſs man erlauchte Männer foltere; daſs man die Stadt durch Flucht und Mord zur Wüſtenei mache; daſs man die Güter armer Bürger, wie Cimbrerbeute, verkaufe und wegſchenke.

Doch er machet mir den Vorwurf, daſs ich ſelbſt Güter der Geächteten besitze. Gerade dieſes iſt das Schwärzeſte ſeiner Verbrechen, daſs es, weder mir, noch einem andern frei ſtand, edel zu handeln. Doch ich ſtelle die Güter, die ich damals aus Schrecken um baares Geld kaufte, für Auslöſung, den rechtmäſsigen Besitzern zurücke.

que pati consilium est, ullam ex civibus praedam esse.

7 Satis illa fuerint, quae rabie contracta toleravimus, manus conserentes inter se Romanos exercitus, et arma ab externis in nosmet versa.

Scelerum et contumeliarum omnium finis sit. Quorum adeo Sullam non poenitet, ut et facta in gloria numeret, et, si liceat, avidius fecerit.

Neque jam quid existumetis de illo, sed quantum vos audeatis, vereor: ne, alius alium principem exspectantes, ante capiamini; non opibus ejus, quae futiles et corruptae sunt; sed vestra socordia, quam captum ire licet, et quam audeat tam videri felicem.

Nam praeter satellites commaculatos, quis eadem vult? aut quis non omnia mutata, praeter victoriam? scilicet milites: quorum sanguine, Tarrulae Scyrroque, pessumis servorum, divitiae partae sunt: an, quibus praelatus in magistratibus capiundis Fusidius, ancilla turpis, honorum omnium dehonestamentum?

Ferne ſei es, daſs man je Freibeuterei unter Bürgern erlaube.

Setzen wir den Miſshandlungen, die wir mit 7
anſteckender Wuth erduldeten, endlich ein Ziel! Genug, daſs Römerheere gegen sich handgemein wurden; daſs wir, ſtatt gegen die Feinde, die Waffen gegen uns ſelbſt zückten. Es iſt Zeit, daſs wir dieſen Verbrechen und Ungerechtigkeiten ein Ende machen! Aber Sulla fühlet ſo wenig Reue darüber, daſs er sie vielmehr unter ſeine glorreichen Thaten zählet, und gerne, wenn er könnte, noch grauſamere verübte.

Doch ich fürchte nun nicht mehr, wie ihr gegen ihn gesinnt ſeid, ſondern, ob euer Muth groſs genug ſei: ob ihr nicht, einer auf den andern, ſchauet, wer den Angriff wage; und ſo, nicht durch ſeine Macht, die nichtig und entkräftet iſt, ſondern durch eure Feigheit eher unterliegt, als er euch ſelbſt feſſele, und eben ſo glücklich, als kühn ſcheine. Denn wer iſt, auſser ſeinen blutbefleckten Henkern, mit ihm gleichen Sinnes? Wer wünſchet nicht, den Sieg abgerechnet, alles geändert? Vielleicht die Krieger, deren Blut, dem Tarrula und Scyrrus, den verworfenſten Sklaven, Reichthümer erkämpfte? Vielleicht die Groſsen, denen man, bei Austheilung der Würden, Fuſidius, den ausgeſchämten Buben, das Scheuſal jeder Würde, vorzog?

Itaque maxumam mihi fiduciam parit victor exercitus, cui per tot vulnera et labores, nihil, praeter tyrannum, quaesitum est.

Nisi forte tribuniciam potestatem eversum profecti sunt per arma, conditam a majoribus suis: utique jura et judicia sibimet extorquerent: egregia scilicet mercede, cum relegati in paludes et silvas, contumeliam atque invidiam suam, praemia penes paucos intelligerent.

Quare igitur tanto agmine atque animis incedit? quia secundae res mire sunt vitiis obtentui; quibus labefactatis, quam formidatus antea est, tam contemnetur: nisi forte specie concordiae et pacis, quae sceleri et parricidio suo nomina indidit.

Neque aliter populo Romano esse belli finem, ait, nisi maneat expulsa agris plebis, praeda civilis acerbissuma; jus, judiciumque omnium rerum penes se, quod populi Romani fuit.

Mir flöſset deſswegen das siegreiche Heer, das durch Wunden und Gefahren nur einen Wütherich fand, das gröſste Zutrauen ein. Oder dieſe Krieger müſsten nur hingezogen ſeyn, um die Tribungewalt, die ihre Väter errichteten, mit gewaffneter Hand umzuſtürzen; oder sie müſsten sich ſelbſt ihre Rechte, ihren Zuſpruch bei dem Gerichte aus den Händen winden: und das für einen in der That ausgezeichneten Lohn, damit sie ſähen, wie man sie in Sümpfe und Wälder hinſende; wie man sie verachte und haſſe, während man wenigen Günſtlingen den Preis zutheilt.

Aber warum ſchreitet er ſo ſtolz, in der Mitte ſo vieler Anhänger, einher? Das Glück wirft über die Laſter einen zauberiſchen Schleier. Aber ſo bald dieſes erſchüttert iſt, dann wird er vielleicht eben ſo verächtlich ſcheinen, als itzt furchtbar. Oder es müſste nur einige der Anſchein der Eintracht, des Friedens blenden: denn dieſes sind die herrlichen Namen, mit denen er ſeine Verbrechen, ſeinen Hochverrath ausſchmückt. Er ſagt, daſs der Krieg für das römiſche Volk nie enden werde, wenn nicht die Landbürger von ihren Feldern vertrieben bleiben (in der That der grauſamſte Bürgerraub); oder wenn nicht Macht und Richterſpruch (Vorrechte, die einſt dem römiſchen Volke zugehörten) unter ſeinem Alleingebothe ſtehen.

8 Quae, si vobis pax et concordia intelliguntur, maxuma turbamenta reipublicae atque exitia probate: annuite legibus impositis: accipite otium cum servitio: et tradite exemplum posteris ad populum Romanum suimet sanguinis mercede circumveniendum.

Mihi, quamquam per hoc summum imperium satis quaesitum erat nomini majorum, dignitati, atque etiam praesidio; tamen non fuit consilium privatas opes facere; potiorque visa est periculosa libertas, quieto servitio.

Quae si probatis, adeste Quirites, et bene juvantibus diis, M. Aemilium Consulem, ducem et auctorem sequimini ad recipiundam libertatem.

Sofern ihr diefes für Friede und Eintracht haltet, o! fo preifet auch jede fchreckliche Zerrüttung, und den Umfturz des Staates! unterwerfet euch den drückenden Gefetzen! Geniefset der feigen Sklavenruhe, und hinterlaffet den Enkeln ein Beifpiel, wie man das Römervolk mit dem Preife feines eignen Blutes hintergehen kann.

Ich erwarb mir bei diefer höchften Ehrenftelle genug für den Namen meiner Väter; genug für perfönliche Gröfse und auch Sicherheit. Doch dachte ich nie darauf, meine eigene Macht zu gründen. Gefahrvolle Freiheit fcheint mir wünfchenswerther, als ruhiger Sklavenftand.

Wenn auch ihr fo denket, Quiriter! o! fo fäumet nicht; folget, unter dem Schutze der Götter, M. Aemilius, eurem Konful, Führer und Vertheidiger; und erkämpfet die Freiheit.

Oratio L. Philippi contra Lepidum.

1 Maxume vellem, P. C. rempublicam quietam esse, aut in periculis a promptissumo quoque defendi, denique prava incepta consultoribus noxae esse.

Sed contra seditionibus omnia turbata sunt, et ab iis, quos prohibere magis decebat: postremo, quae pessumi et stultissumi decrevere, ea bonis et sapientibus faciunda sunt.

Nam bellum, atque arma, quamquam vobis invisa; tamen, quia Lepido placent, sumenda sunt. Nisi forte cui pacem praestare, et bellum pati consilium est.

Pro, dii boni, qui hanc urbem omissa cura adhuc regitis.

2 M. Aemilius, omnium flagitiosorum postremus, qui pejor, an ignavior sit deliberari non potest, exercitum opprimundae libertatis habet, et se e contemto metuendum effecit: vos mussan-

Rede des L. Philippus gegen L. Lepidus.

Ich wünschte innigst, versammelte Väter! dass 1
das Vaterland stets der Ruhe geniesse; dass es in jeder Gefahr von den rechtschaffensten Männern vertheidigt werde; dass endlich jedes lasterhafte Unternehmen den Schadenstifter selbst schlage: allein es geschieht das Gegentheil. Alles wird durch Aufruhr zerrüttet, und daran sind Leute schuld, deren Beruf jede Unruhe entfernen sollte: endlich müssen gute und weise Männer das vollziehen, was die ärgsten Bösewichte und Thoren gebothen. Ihr hasset den Krieg; ihr verfluchet die Waffen: doch müsset ihr sie ergreifen, weil es dem Lepidus so gefällt; oder es müsste nur jemand den Frieden für das schönste Gut halten, und sich doch entschliessen, den Krieg zu dulden. O, ihr guten Götter! die ihr diese Stadt, für die Niemand sorget, noch gnädig beherrschet!

M. Aemilius, der verruchteste aller Verbre- 2
cher, dessen Herz eben so feig, als lasterhaft ist, führet ein Heer an, um unsere Freiheit zu unterdrücken: und dieser verächtliche Mensch macht

tes, et retractantes verbis et vatum carminibus, pacem optatis magis, quam defenditis: neque intelligitis, mollitia decretorum vobis dignitatem, illi metum detrahi.

Atque id jure; quoniam ex rapinis consulatum, ob seditionem provinciam cum exercitu adeptus est. Quid ille ob benefacta cepisset, cujus sceleribus tanta praemia tribuistis?

At scilicet, ii, qui, ad postremum usque, legatos, pacem, concordiam, et alia hujuscemodi decreverunt, gratiam ab eo peperisse.

Imo despecti et indigni reipublicae habiti, praedae loco aestumantur: quippe metu pacem repetentes, quo habitam amiserant.

3 Equidem a principio, cum Etruriam conjurare, proscriptos accersiri, largitionibus rempublicam lacerari videbam, maturandum putabam, et Catuli consilia, cum paucis secutus sum.

Ceterum illi, qui gentis Aemiliae benefacta extollebant, et ignoscendo populi Romani magni-

ſich furchtbar. Indeſs flüſtert ihr euch ſtille zu; indeſs wiederholet ihr euch die Worte und Deutungen der Seher, und wünſchet den Frieden mehr, als ihr ihn handhabet: und ihr ſehet nicht ein, daſs eure ſchwachen Befehle eurer Würde ſchaden, und ihm ſeine Furcht benehmen. Lepidus hat recht. Seine Räubereien erwarben ihm das Konſulat; die Empörung, eine Provinz und ein Heer. Welchen Lohn würde er für edle Thaten erhalten, da ihr ſeine Verbrechen mit ſolch einem Preiſe krönet?

Oder wie, erhielten diejenigen, die bis auf den letzten Augenblick Geſandte an ihn ſchickten, und über Frieden, Eintracht und andere Wünſche Vorſchläge machten, Gnade bei ihm? Gerade das Gegentheil. Er verachtete ſie, ſchalt ſie niedrige Staatsbürger, uud beſtimmte ſie zu Opfern ſeiner Raubgierde. Denn ſie bettelten aus Furcht um den Frieden, deſſen Genuſs ſie auch aus Furcht verloren hatten.

Ich zwar, ſo bald ich ſah, daſs Hetrurien ſich 3 empöre; daſs man die Geächteten herbei rufe; daſs man den Staat durch Beſtechung aufwiegle; ich ſagte gleich im Anfange: man müſste raſch entgegen arbeiten; und ich war einer von den Wenigen, die des Katulus Rathe folgten. Indeſs erhoben jene Miethlinge die Wohlthaten des Aemilier Geſchlechts; ſie ſagten, daſs durch dieſe Schonung

tudinem auxisse, nusquam etiam tum Lepidum progressum aiebant: cum privata arma opprimundae libertatis cepisset, sibi quisque opes aut patrocinia quaerendo, consilium publicum corruperunt.

Attamen erat Lepidus latro cum calonibus et paucis sicariis; quorum nemo diurna mercede vitam mutaverit: nunc est pro consule cum imperio, non emto, sed dato a vobis; cum legatis adhuc jure parentibus: et ad eum concurrere homines omnium ordinum corruptissimi; flagrantes inopia et cupidinibus, scelerum conscientia exagitati; quibus quies in seditionibus, in pace turbae sunt: hi tumultum ex tumultu, bellum ex bello serunt: Saturnini olim, post Sulpicii, dein Marii Damassipique, nunc Lepidi satellites.

Praeterea Etruria, atque omnes reliquiae belli arrectae: Hispaniae armis sollicitae: Mithridates in latere vectigalium nostrorum, quibus adhuc sustentamur, diem bello circumspicit: quin, praeter idoneum ducem, nihil abest ad subvertundum imperium.

die Gröfse des Römervolkes gediehen sei, und sahen, als Lepidus eigenmächtig die Waffen zur Unterdrückung der Freiheit ergriffen, auch dann noch nicht ein, dafs er zu weit um sich griff. Jeder bettelte für seine eigene Sicherheit um Schutz und mächtige Gönner: und so ward man am gemeinen Besten zum Verräther.

Doch war Lepidus damals nur ein Bandite; sein Anhang bestand aus Trofsbuben und wenigen Meuchlern, deren jeder sein Leben gerne um täglichen Sold feil both. Aber itzt ist er Prokonsul; itzt besitzt er die Feldherrnwürde, die er nicht kaufte, sondern von euch erhielt; itzt hat er Legaten unter sich, die ihm noch gesetzmäfsig gehorchen; itzt laufen Leute von jedem Stande zu ihm über; die verruchtesten Unmenschen, die Noth und Leidenschaft entflammet; die das Bewufstseyn ihrer Laster foltert; die in Empörung ihre Ruhe finden, und im Frieden Aufruhr wünschen. Diese erregen Fehde auf Fehde, Krieg auf Krieg. Sie waren einst die Blutknechte des Saturninus; nachher des Sulpizius; später des Marius und Damasippus; itzt aber des Lepidus.

Etrurien und alle der Anhang des Bürgerkrieges hebt das Haupt empor; Spanien wird mit gewaffneter Hand empört; Mithridates spähet an der Gränze unserer Zolländer, die uns allein noch unterstützen, nach dem günstigen Augenblicke des Krieges; und es fehlet zu dem Umsturze des Reichs nichts, als ein rüstiger Anführer.

4 Quod ego vos oro atque obsecro P. C. ut animadvortatis; neu patiamini licentiam scelerum, quasi rabiem, ad integros contactu procedere. Nam, ubi malos praemia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est.

An exspectatis, dum, exercitu rursus admoto, ferro atque flamma urbem invadit? quod multo propius est ab eo, quo agitat, statu, quam ex pace et concordia ad arma civilia: quae ille adversum divina et humana omnia cepit, non pro sua, aut quorum simulat injuria, sed legum ac libertatis subvertundae.

Angitur enim, ac laceratur animi cupidine et noxarum metu, expers consilii, inquies; haec atque illa tentans, metuit otium, odit bellum, luxu atque licentia carendum videt, atque interim abutitur vestra socordia.

5 Neque mihi satis consili, metum, an ignaviam, an dementiam eam adpellem: qui videmini intenta mala, quasi fulmen, optare, se quisque ne attingat; sed prohibere, ne conari quidem.

Ich bitte, ich beschwöre euch, versammelte 4
Väter! überdenket diese Lage ernstlich; gebet es nicht zu, dass die zügellosen Verbrechen, wie eine Pest, um sich greifen, und auch die gesunden Bürger anstecken. Wenn man das Verbrechen belohnt, so wird die unbelohnte Tugend selten.

Oder wartet ihr, bis er noch einmal mit seinem Heere anrückt, und die Stadt mit Feuer und Schwert angreift? Und dieses Ungemach ist bei seiner itzigen Lage nicht so entfernt, als vor dem Frieden und unserer Eintracht der Bürgerkrieg entfernet war. Doch Lepidus erregt gegen göttliche und menschliche Rechte solch einen Krieg; und dieses nicht, um sich, oder andere, wie er vorgiebt, zu rächen, sondern um Gesetze und Freiheit zu untergraben. Leidenschaft und Furcht vor seinen Verbrechen ängstet und foltert ihn; er weis sich nicht zu rathen, und Unruhe treibt ihn umher. Er versucht itzt diesen, itzt jenen Entwurf; er fürchtet den Frieden; hasst den Krieg; sieht, dass er nimmer schwelgen und zügellos handeln könne, und missbrauchet so indess eure Unthätigkeit.

Ich weiss nicht, soll ich euer Betragen Furcht 5
oder Feigheit, oder Unsinn nennen? Ihr seht das Uebel, wie ein Hochgewitter, heranstürmen; jeder wünschet, dass es ihn nicht treffe; aber Niemand giebt sich Mühe, den Schlag abzuwenden.

Et quaeso considerate, quam conversa rerum natura sit. Antea malum publicum occulte, auxilia palam instruebantur, et eo boni malos facile anteibant: nunc pax, concordia disturbantur palam; defenduntur occulte. Quibus illa placent, in armis sunt: vos in metu.

Quid exspectatis? nisi forte pudet, aut piget recte facere.

An Lepidi mandata animos movent? qui placere ait, sua cuique reddi; et aliena tenet: belli jura rescindi: cum ipse armis cogat: civitatem confirmari, quibus ademtam negat, concordiae gratia plebei tribuniciam potestatem restitui, ex qua omnes discordiae accensae.

6 Pessume omnium atque impudentissume, tibine egestas civium, et luctus curae sunt, cui nihil est domi, nisi armis partum, aut per injuriam? alterum consulatum petis, quasi primum reddideris: bello concordiam quaeris, quo

Betrachtet doch, ich bitte euch, wie verkehrt man zu Werke gehe. Zuvor ſchlich das Staatsübel ingeheim: und man rüſtete ſich öffentlich zum Gegenkampfe. Dadurch ſiegten die Gutgeſinnten leicht über die Böſewichte; itzt zeigen ſich die Stöhrer des Friedens und der Eintracht offenbar; und die Vertheidigung geſchieht ingeheim. Die Emporer ſtehen unter den Waffen; und ihr zittert.

Was zaudert ihr? Fehlt es euch an Ehrgefühl? an Muth zu edlen Thaten? oder machen des Lepidus Befehle ſo tiefen Eindruck auf euch? Er ſagt: „Er wolle, daſs man jedem ſein Gut zurück ſtelle;“ und giebt ſelbſt den Raub nicht zurück. Er ſagt: „Man ſolle alle Rechte, die der Krieg einräumte, zernichten;“ und ſinnet ſelbſt auf Fehde. „Man ſolle das Bürgerrecht feſt gründen;“ und läugnet, daſs er es je entriſs. „Man ſolle, der Eintracht wegen, dem Volke die Tribungewalt wieder herſtellen;“ doch war dieſe der Zunder, aus dem jede Zwietracht aufloderte.

Wie? du Ungeheuer an Verbrechen und Ausgeſchämtheit! du nimmſt die Noth, den Kummer 6
der Bürger zu Herzen? du, der nichts in ſeinem Hauſe hat, das er nicht mit Gewalt der Waffen, oder durch Ungerechtigkeit erbeutete; und du wirbſt um das zweite Konſulat? gerade, als wenn du das erſte ſchon abgetreten hätteſt. Du ſucheſt die Eintracht im Kriege, der ihren Bund nothwen-

parta disturbatur: nostri proditor, istis infidus, hostis omnium bonorum. Ut te neque hominum, neque deorum, pudet, quos per fidem, aut perjurio violasti!

Qui, quando talis es, maneas in sententia, et retineas arma, te hortor: neu prolatandis seditionibus inquies ipse, nos in solicitudine attineas.

Neque te provinciae, neque leges, neque dii penates civem patiuntur.

Perge, qua coepisti, ut quam maturrume merita invenias.

7 Vos autem, P. C. quousque cunctando rempublicam intutam patiemini, et verbis arma tentabitis? Delectus advorsum vos habiti: pecuniae publice et privatim extortae; praesidia deducta atque imposita; ex lubidine leges imperantur; cum interim vos legatos et decreta paratis.

Et quanto, mehercule, avidius pacem petieritis, tanto bellum acrius erit; cum intelliget, se metu magis, quam aequo et bono sustentatum.

Nam qui turbas et caedem civium odisse ait, et ob id, armato Lepido, vos inermes retinet:

dig zerreiſst. Verräther des Senats! Betrüger deiner Anhänger! Feind aller Gutgeſinnten! erröthest du nicht vor den Menſchen, vor den Göttern, die du durch Untreue und Meineid beleidiget haſt? Doch nein! verworfner Unmenſch! harre aus bei deinem Entwurfe! lege die Waffen nicht ab! ich ermuntere dich dazu. Du kannſt ſelbſt nicht ruhen; laſſe uns alſo durch Hinauszögerung deines aufruhrſüchtigen Planes nicht länger in banger Ungewiſsheit ſchweben. Nicht die Provinzen, nicht die Geſetze, nicht die Götter des Vaterlandes können dich, als Bürger, dulden. Schreite bei der Frevelthat, die du begannſt, vorwärts, damit du, ſo bald als möglich, deinen verdienten Lohn findeſt.

Ihr aber, verſammelte Väter! wie lange wer- 7
det ihr noch zaudern, den Staat in Unſicherheit laſſen, und nur mit Worten Kriege führen? Man hob gegen euch Soldaten aus; man erpreſste aus der Staatskaſſe und von Privatperſonen Geld; man dringt euch nach Laune Geſetze auf: und ihr ſchickt indeſs Geſandte und nichtige Befehle entgegen. Bei dem Herkules! je ſehnlicher ihr um den Frieden bittet, deſto heftiger wird der Krieg ſeyn, wenn er einſieht, daſs er durch das Schreckensſyſtem mehr, als durch Recht und Billigkeit, gewinne. Wer euch aber ſagt, daſs er Meuterei und Bürgermord haſſe, und euch deſswegen, wäh-

quae victis toleranda sunt, ea, cum facere possitis, patiamini potius censet.

Ita illi a vobis pacem, vobis ab illo bellum suadet.

Haec si placent; si tanta torpedo animos oppressit, ut obliti scelerum Cinnae, cujus in urbem reditu, decus ordinis hujus interiit, nihilominus vos, atque conjuges, et liberos, Lepido permissuri sitis; quid opus decretis? quid auxilio Catuli? quin is et alii boni rempublicam frustra curant.

8 Agite, uti lubet; parate vobis Cethegi, atque alia proditorum patrocinia, qui rapinas et incendia instaurare cupiunt, et rursus advorsum deos penates manus armare.

Sin libertas et vera magis placent: decernite digna nomine, et augete ingenium viris fortibus.

Adest novus exercitus, ad hoc, coloniae veterum militum, nobilitas omnis, duces optumi;

rend Lepidus bewaffnet ist, von den Waffen zurück hält, der giebt euch den Rath, dafs ihr lieber das Ungemach der Besiegten dulden, als selbst siegreich die Frevler züchtigen sollet; der ermuntert euch zum Frieden gegen Lepidus; diesen aber zum Kriege gegen euch.

Wenn euch dieser Rath gefällt; wenn euren Sinn solch eine Betäubung lähmt, dafs ihr der Verbrechen Cinna's, bei dessen Rückkehr in die Stadt alles Ehrwürdige, und alle Stände umgestürzt wurden, schon vergessen habt, und nichts desto weniger euch, eure Gattinnen und Kinder dem Lepidus ausliefern wollet, wozu bedarf es dann noch der Rathschlüsse? wozu der Hilfe Katuls? In der That! er, und andere Gutgesinnte wachen umsonst für das Beste des Vaterlandes.

Doch handelt, wie ihr wollet! Suchet bei Cethegus und andern Verräthern euern Schutz: sie freuen sich schon, wieder plündern und sengen, und gegen die väterlichen Götter ihre Rotten bewaffnen zu können. Wenn ihr aber lieber Freiheit und Krieg wählet, so fasset einen Entschlufs, der eures Namens würdig ist, und erhöhet den Muth tapferer Männer. Ein neues Heer steht bereit; überdiefs unterstützen euch die Veteranen der Kolonien, der ganze Adel, und die besten Führer. Das Glück ist den Gutgesinnten hold: bald

fortuna meliores sequitur: jam illa, quae collecta sunt socordia nostra, dilabentur.

Quare ita censeo: quoniam Lepidus exercitum privato consilio paratum, cum pessumis, et hostibus reipublicae contra hujus ordinis auctoritatem ad urbem ducit; ut Appius Claudius interrex cum Q. Catulo proconsule, et caeteris, quibus imperium est, urbi praesidio sint: operamque dent, ne quid respublica detrimenti capiat.

---

soll jene Macht, die durch unsere Feigheit so hoch anwuchs, zerstreuet liegen..

Weil also Lepidus aus eigner Willkühr ein Heer ausrüstete, und mit Bösewichten und Feinden des Vaterlandes gegen das Ansehen des Senats auf die Stadt losrückt, so stimme ich dahin, daſs Appius Klaudius, der Zwischenkönig, mit dem Prokonsul Q. Katulus, und andern Bevollmächtigten Rom vertheidigen, und dafür sorgen sollen, damit der Staat kein Ungemach erdulde.

Corsicae unde nomen.

Nam quaedam Corsa nomine Ligus mulier cum taurum ex grege, quem prope littora regebat, transnatare solitum, atque per intervalla, corpore aucto, remeare videret, cupiens scire incognita sibi pabula, taurum a ceteris degredientem usque ad insulam navigio prosecuta est.

Cujus regressu insulae fertilitatem cognoscentes Ligures, ratibus eo profecti, eamque nomine mulieris auctoris et ducis appellaverunt.

Wie Korsika ſeinen Namen erhielt.

Ein Ligurmädchen, Korſa genannt, ſah von ihrer Heerde, die ſie nahe am Ufer weidete, einen Stier über die Meerenge ſchwimmen, und ſtets nach einer Zwiſchenzeit wohlgemäſtet zurückkommen. Sie war neugierig, die ihr unbekannte Weide auszuforſchen, und folgte dem Stiere, der ſich von der übrigen Heerde trennte, in einem Schiffe bis zur Inſel nach. Als die Ligurer bei ihrer Rückkehr die Fruchtbarkeit dieſer Inſel erfuhren, ſegelten ſie in Kähnen hinüber, und nannten das Eiland nach dem Namen der Entdeckerinn und ihrer Führerin, Korsika.

Metelli luxus.

At Metellus in ulteriorem Hispaniam post annum regressus; magna gloria concurrentium undique virile et muliebre secus, per vias ac tecta omnium visebatur. cum quaestor C. Urbinus aliique, cognita voluntate, eum ad coenam invitaverant; ultra Romanorum, et mortalium etiam morem curabant: exornatis aedibus per aulaea et insignia, scenisque ad ostentationem histrionum fabricatis; simul croco sparsa humus, et alia, in modum templi celeberrumi.

Praeterea cum sedenti transenna demissum Victoriae simulacrum cum machinato strepitu tonitruum coronam capiti imponebat: tum venienti thure quasi Deo supplicabatur.

Toga picta plerumque amiculo erat ei accumbenti: epulae quaesitissumae: neque per omnem

Schwelgſucht des Metellus.

Indeſs kehrte Metellus nach einem Jahre in das jenſeitige Spanien zurück. Man eilte rings zu ſeinem prachtvollen Empfange herbei; Weiber und Männer drängten sich zu; und alle Straſsen und Gebäude waren mit Zuſchauern angefüllt. Q. C. Urbinus, und andere, die ſeine Leidenſchaft kannten, luden ihn zum Male. Sie bewirtheten ihn mit einem Gepränge, das alle Römersitte und alle Menſchenpracht übertraf. Man ſchmückte Paläſte mit geſtickten Teppichen und Ehrenzeichen; man errichtete zu ſeinem Preiſe Bühnen für Schauſpieler; der Eſtrich war zugleich mit Blumen beſtreut. Alles zeigte die Würde des prächtigſten Tempels.

Als er sich auf einen Thron niederlieſs, ſetzte 2
das Bildniſs der Siegesgöttin, das an einem Seile niederſtieg, unter dem nachgeahmten Dröhnen des Donners, ihm eine Krone auf das Haupt. Wo er sich nahte, zündete man ihm, wie einer Gottheit, Weihrauch an. Wenn er an einem Male lag, ſchmückte ihn meiſtens eine Toge, mit einem Oberkleide erhöht. Die Leckergerüchte waren die aus-

modo provinciam, sed trans maria, ex Mauritania volucrum et ferarum incognita antea plura genera: quibus rebus aliquantam partem gloriae demiserat, maxume apud veteres et sanctos viros, superba illa, gravia, indigna Romano imperio existumantes. ——

gesuchtesten: nicht nur die Provinz musste die köstlichsten Esswaaren liefern; sondern man holte, jenseit des Meeres, aus Mauritanien, vorhin noch unbekannte Gattungen von Thieren und Vögeln. Metellus verdunkelte durch diese Schwelgsucht seinen Ruhm nicht wenig: vorzüglich bei den alten, strengen Männern, die solch ein Betragen für stolz, beleidigend, und des Römernamens unwürdig hielten.

Epistola Cn. Pompeji ad Senatum.

1 Si advorsus vos patriamque et deos penates, tot labores et pericula suscepissem, quotiens a prima adolescentia ductu meo scelestissumi hostes fusi, et vobis salus quaesita est: nihil amplius in absentem me statuissetis, quam adhuc agitis, P. C. quem contra aetatem projectum ad bellum saevissumum, cum exercitu optume merito, quantum est in vobis, fame, miserruma omnium morte, confecistis.

Hac in spe populus Romanus liberos suos ad bellum misit? haec sunt praemia pro volneribus; et totiens ob rempublicam fuso sanguine? fessus scribundo, mittundoque legatos, omnes opes et spes privatas meas consumsi: cum interim a vobis per triennium vix annuus sumtus datus est.

Per deos immortales, utrum censetis me vicem aerarii praestare, an exercitum sine frumento et stipendio habere posse?

Brief des Knejus Pompejus an den Senat.

Wenn ich gegen euch, gegen das Vaterland, und 1
die häuſslichen Götter ſo viele Abenteuer und Gefahren beſtanden hätte, als oft ich, euer Feldherr, von meinen frühen Jahren, die gefährlichſten Feinde ſchlug, und eure Sicherheit gründete, ſo könntet ihr, verſammelte Väter! gegen mich, in meiner Entfernung, nicht härter verfahren, als ihr mich bis itzt miſshandeltet: denn ihr reibet mich, den ihr, trotz ſeiner Jugend, zu dem fürchterlichſten Kriege zwanget; ihr reibet, ſo viel an euch liegt, das verdienſtvolleſte Heer durch Hunger, den elendeſten Tod, auf. Sendet das Römervolk ſeine Söhne mit ſolchen Aussichten in den Krieg hin? Iſt dieſes der Lohn für die Wunden, für das ſo oft um das Vaterland verſtrömte Blut? Ich bin müde, immer Briefe und Geſandte an euch zu ſchicken: all mein Vermögen, alle meine perſönlichen Hoffnungen ſind erſchöpft; indeſs erhielt ich dieſe drei Jahre von euch kaum den Sold für ein einziges. Bei den unſterblichen Göttern! glaubet ihr denn, daſs ich im Stande bin, den öffentlichen Schatz zu erſetzen; oder daſs ich ohne Getreid und Geld ein Kriegsheer unterhalten könne?

2 Equidem fateor me ad hoc bellum majore studio, quam consilio, profectum: quippe qui nomine modo imperii a vobis accepto, diebus quadraginta exercitum paravi; hostisque in cervicibus jam Italiae agentes ab Alpibus in Hispaniam summovi. Per eas iter aliud, atque Hannibal, nobis opportunius patefeci.

Recepi Galliam, Pyrenaeum, Laletaniam, Indigetis: et primum impetum Sertorii victoris, novis militibus et multo paucioribus, sustinui: hiememque in castris inter saevissumos hostes, non per oppida, neque ex ambitione mea, egi.

3 Quid dein praelia, aut expeditiones hibernas, oppida excisa, aut recepta enumerem? quando res plus valet, quam verba.

Castra hostium apud Sucronem capta, et praelium apud flumen Durium, et dux hostium C. Herennius cum urbe Valentia et exercitu deleti, satis clara vobis sunt: pro quis, o grati patres, egestatem et famem redditis.

Itaque meo et hostium exercitui par conditio est. Namque stipendium neutri datur: victor

Ich bekenne es, daſs ich in dieſen Krieg, mit 2
gröſserm Eifer, als Bedacht, hinzog. Kaum erhielt ich von euch den Namen eines Feldherrn, ſo hatte ich ſchon in vierzig Tagen ein Heer geworben. Ich drückte die Feinde, die ſchon die Gränzen Italiens bedrohten, von den Alpen nach Spanien zurücke: ich bahnte mir über ſelbe einen andern, für uns bequemern Weg, als Hannibal: ich eroberte Gallien, die Pyrenäen, Laletanien, Ilegertum wieder; ich hielt mit meinen neugeworbenen, und an der Zahl viel ſchwächern Kriegern den erſten Anfall des siegreichen Sertorius aus; ich brachte den Winter im Lager unter den grauſamſten Feinden zu, und verſchwelgte ihn nicht in Städten; noch fröhnte ich da meinem Stolze.

Doch wozu ſoll ich die Schlachten, die Feld- 3
züge während dem Winter, die zerſtörten oder wieder eroberten Städte aufzählen? Die Sache ſpricht ja lauter, als Worte. Es iſt für euch keine unbekannte Nachricht, daſs ich das feindliche Lager bei Sukro wegnahm; daſs ich bei dem Duriusſtrome ein Treffen lieferte, und den feindlichen Führer K. Herrenius ſamt der Stadt Valentia, und dem Heere aufrieb: und nun! für dieſe Thaten erwiedert ihr mir, o ihr dankbaren Väter! Hunger und Noth! ſo duldet mein, und das feindliche Heer ein gleiches Loos. Man zahlt keinem von beiden Sold: Eines und das andere kann siegreich

uterque in Italiam venire potest. Quod ego vos moneo, quaesoque ut animadvortatis, neu cogatis necessitatibus privatim mihi consulere.

4 Hispaniam citeriorem, quae non ab hostibus tenetur, nos aut Sertorius ad internecionem vastavimus; praeter maritumas civitates, quae ultro nobis sumtui onerique. Gallia superiore anno Metelli exercitum stipendio frumentoque aluit: et nunc malis fructibus ipsa vix agitat.

Ego non rem familiarem modo, verum etiam fidem consumsi.

Reliqui vos estis: qui nisi subvenitis, invito et praedicente me, exercitus hinc, et cum eo omne bellum Hispaniae in Italiam transgredientur.

nach Italien ziehen. Ich warne, ich beſchwöre euch, faſst das wohl zu Herzen, und zwinget mich nicht, daſs ich mir in meiner drückenden Lage eigenmächtig Hilfe ſuchen muſs.

Im dieſsſeitigen Spanien, das von den Fein- 4
den nicht beſetzet iſt, verheerten ich und Sertorius alles bis zur gänzlichen Verwüſtung; nur die Seeſtädte sind noch übrig, die mir ſelbſt Koſten verurſachen, und zur Laſt fallen. Gallien muſste im letzten Jahre das Heer des Metellus mit Geld und Getreide unterhalten. Itzt findet es nach einem Miſswachſe kaum für sich ſelbſt hinlängliche Nahrung. Ich habe nicht nur mein eigenes Vermögen, ſondern auch mein Kredit hingegeben. Ihr ſeid noch meine einzige Hoffnung! Wenn ihr nicht helfet (ich ſage es voraus), ſo wird das Heer, auch wider meinen Willen, und mit dem Heere der ganze Krieg von Spanien nach Italien hinüber ziehen.

Oratio Macri Licinii tribuni plebis ad plebem.

1 Si, Quirites, parum existumaretis, quod inter jus a moribus relictum vobis, et hoc a Sulla paratum servitium interesset: multis mihi disserendum fuit, docendumque, quas ob injurias, et quotiens a patribus armata plebes secessisset; utique vindices paravisset omnis juris sui, tribunos plebis.

Nunc hortari modo reliquum est, et ire primum via, qua capessundam arbitror libertatem.

Neque me praeterit, quantas opes nobilitatis solus, impotens, inani specie magistratus, pellere dominatione incipiam; quantoque tutius factio noxiorum agat, quam soli innocentes.

Sed praeter spem bonam ex vobis, quae metum vicit, statui, certaminis advorsa pro libertate

Rede des Volkstribuns Licinius Macer, an das Volk.

Wenn ihr, Quiriter! den Unterschied zwischen 1
den Gesetzen, die euch eure Väter hinterliessen, und dem Sklavenjoche, das euch Sulla aufdrückte, nur geringe fändet, so müsste ich eine lange Rede an euch halten; so müsste ich euch näher zeigen, wie oft, und wegen welchen Unbilden das Volk zu den Waffen griff, und sich von den Vätern trennte, und warum es die Tribunen, als Vertheidiger all seiner Rechte, aufstellte; doch heute habe ich nur nöthig, euch zu ermuntern, und auf der Bahn voraus zu schreiten, die euch, wie ich glaube, zur Freiheit führet.

Es entgeht mir nicht, welch eine Macht des Adels, ich einziger Mann, ohne Unterstützung, nur von dem Schattenbilde meiner Würde gedeckt, zu entthronen wage. Ich weiss es, wie viel sicherer die Rotte der Verbrecher zu Werke geht, als gutgesinnte Bürger, die sich allein überlassen sind. Doch die gute Hoffnung, die ich auf euch setze, besiegte meine Furcht. Auch denke ich, dass es für einen edlen Mann ehrenvoller sei, jede

potiora esse forti viro, quam omnino non certavisse. Quamquam omnes alii creati pro jure vestro vim cunctam et imperia sua gratia, aut spe, aut praemiis in vos convortere; meliusque habent, mercede delinquere, quam gratis recte facere.

2 . Itaque omnes concessere jam in paucorum dominationem, qui per militare nomen, aerarium, exercitus, regna, provincias occupavere, et arcem habent ex spoliis vestris: cum interim, more pecorum, vos multitudo singulis habendos, fruendosque praebetis, exsuti omnibus quae majores reliquere: nisi quia vobismet ipsi per suffragia, uti praesides olim, nunc dominos destinatis.

Itaque concessere illic omnes: et mox, si vestra receperitis, ad vos plerique: (raris enim animus est ad ea; quae placent, defendenda) cetera validiorum sunt.

An dubium habetis, ne obficere quid vobis uno animo pergentibus possit, quos languidos socordesque pertimuere? nisi forte C. Cotta ex fac-

Gefahr im Kampfe für Freiheit zu beſtehen, als gar nicht entgegen zu kämpfen. Alle übrigen, die ihr zu eurem Schutze wähltet, wendeten ihre ganze Macht und ihr Anſehen gegen euch ſelbſt; Gunſt, oder Hoffnung, oder Geſchenke blendeten sie; und sie finden es behaglicher, um Sold Verbrecher zu ſeyn, als ohne Belohnung edel zu handeln.

Alle beugten sich daher ſchon unter das Joch 2
der Oligarchen, die unter dem Feldherrnnamen, die Staatskaſſe, die Heere, die Königreiche, die Provinzen an sich riſſen, und sich auf eurem Raube eine Veſte bauen. Ihr aber, das Volk, laſſet euch Mann für Mann, wie das Schlachtvieh, miſshandeln und auffreſſen; man raubte euch alle Güter, die eure Väter hinterlieſsen: auſser, daſs ihr nicht, wie einſt, Vertheidiger, ſondern heute nur Wütheriche durch eure Wahlſtimmen an die Spitze ſtellet. Daher treten alle auf jene Seite hinüber: aber ſo bald ihr eure Rechte zurück fodert, werden die meiſten wieder zu euch kehren. Nur Wenige haben den Muth, das, was ihr Herz wünſchet, zu vertheidigen; die ſtärkere Parthei hat den gröſsten Anhang. Oder könnet ihr einen Zweifel haben, ob euch diejenigen, die ſelbſt dann, als ihr feige und muthlos handeltet, vor euch zitterten, euch noch entgegen kämpfen werden, wenn ihr mit vereinter Kraft aufbrechet? Oder

tione media consul, aliter, quam metu jura quaedam tribunis plebis restituit.

Et quamquam L. Licinius primus de potestate tribunus loqui ausus, mussantibus vobis, circumventus erat: tamen prius illi invidiam metuere, quam vos injuriae pertaesum est.

3 Quod ego nequeo satis mirari, Quirites. Nam spem frustra fuisse intellexistis.

Sulla mortuo, qui scelestum imposuerat servitium, finem mali credebatis. Ortus est longe saevior Catulus. Tumultus intercessit Bruto et Aemilio Mamerco Consulibus, dein C. Curio ad exitium usque insontis tribuni dominatus est.

Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quinctium, vidistis: quantae denique nunc mihi turbae concitantur!

Quae profecto incassum agerentur, si, prius quam vos serviundi finem, illi dominationis facturi erant: praesertim cum his civilibus armis dicta alia, sed certatum utrimque de dominatione in vobis sit. Itaque cetera ex licentia, aut

es müſste nur K. Kotta, den der Rottengeiſt zum Konſul ſchuf, den Volkstribunen aus einer andern Urſache, als aus Furcht, einige Rechte wieder zugeſtanden haben. Und ob gleich L. Sicinius, der zuerſt für die Tribungewalt zu ſprechen wagte, unterliegen muſste, weil ihr nur ſtille dagegen murrtet; ſo fürchteten doch jene euren Haſs eher, als ihr über eure Schmach einen Unwillen fühltet.

Ich kann über ſolch ein Betragen, Quiriter! 3
nicht genug ſtaunen: denn ihr ſaht ja, daſs die Hoffnung ſcheiterte. Ihr glaubtet, daſs, nach Sulla's Tode, der euch das verruchte Sklavenjoch aufſud, das Elend ein Ende nehmen würde: aber da ſtand Katulus, ein noch weit grauſamerer Wütherich, auf: da wüthete unter den Konſuln Brutus und Aemilius-Mamerkus ein Aufruhr; dann tyranniſirte uns K. Kurio, und richtete uns ſogar den rechtſchaffenſten Tribun hin; ihr ſahet ja ſelbſt das letzte Jahr, mit welcher Wuth Lukullus gegen L. Quinctius loszog: und ihr ſeid auch itzt Zeugen, welche Meutereien man gegen mich erregt.

Aber alle dieſe Verſuche würden ſchändlich miſslingen, wenn jene eher aufhörten, uns zu beherrſchen, als ihr, Sklaven zu ſeyn: und dieſes um ſo mehr, weil man bei dieſer Bürgerfehde zwar eine verſchiedene Sprache führet, aber doch beiderſeits kämpfet, um über euch herrſchen zu können. Daher loderten andere Unruhen, welche Zü-

odio, aut avaritia in tempus arsere: permansit una res modo, quae utrimque quaesita est, et erepta in posterum: vis tribunicia, telum a majoribus libertati paratum.

4 Quod ego vos moneo, quaesoque, ut animadvertatis: neu nomina rerum ad ignaviam mutantes, otium pro servitio adpelletis. Quo jam ipso frui, si vera et honesta flagitium superaverit, non est conditio: fuisset; si omnino quiessetis.

Nunc animum advortite: et nisi viceritis, quoniam omnis injuria gravitate tutior est, artius habebunt.

Quid censes igitur? aliquis vestrum] subjecerit.

Primum omnium omittendum morem hunc quem agitis, impigrae linguae, animi ignavi, non ultra concionis locum memores libertatis.

Dein (ne vos ad virilia illa vocem, quo tribunos plebi, modo patricium magistratum, libera ab auctoribus patriciis suffragia majores vestri paravere) cum vis omnis, Quirites, in vobis sit,

gelloſigkeit, oder Haſs, oder Geitz entflammten, nur kurze Zeit: aber die Hauptſache, auf welche beide Partheien hinſchauten, blieb die nämliche; und man entriſs euch in der Folge die Tribungewalt, welche eure Väter, als die Schutzwehre der Freiheit, gründeten.

Ich warne euch daher: ich beſchwöre euch! 4
faſſet dieſes wohl zu Herzen; verkehret nicht den Sinn der Worte aus Feigheit; und nennet nicht Sklaverei friedliche Ruhe. Doch dieſe Ruhe könnet ihr ſchon nicht mehr genieſsen, wenn das Laſter über Wahrheit und Edelsinn gesiegt hat: ihr könntet sie genieſsen, wenn ihr ganz und gar ruhig geblieben wäret. Nun faſset mich wohl; und wenn ihr nicht sieget, ſo wird, weil jede Unbild durch ihren Druck Sicherheit gewinnt, eure Lage noch härter werden.

Nun was räthſt du uns? ruft mir vielleicht einer aus eurer Mitte zu. Für das erſte ändert euren Charakter; ſeid nicht Zungenhelden, und feige Memmen im Herzen, die, ſo bald sie aus der Volkesverſammlung treten, auf alle Freiheiten wieder vergeſſen. Ferners (denn ich will euch nicht zu dem männlichen Sinne aufrufen, wodurch eure Väter den Volkstribunen auch die Patrizierwürde zuerkannten, und ſo ihre Wahl von dem Anſehen der Patrizier frei machten), ferners ſetzet euch, da alle Macht, Quiriter! nur bei euch liegt,

uti, quae jussa nunc pro aliis toleratis, pro vobis agere, aut non agere certe possitis.

Jovem aut alium quem Deum consultorem exspectatis: magna illa consulum imperia et patrum decreta, vos exsequendo rata efficitis, Quirites: ultroque licentiam in vos auctum atque adjutum properatis.

5 Neque ego vos ultum injurias hortor; magis uti requiem cupiatis: neque discordias, ut illi criminantur, sed earum finem volens, jure gentium, res repeto: et, si pertinaciter retinebunt, non arma, neque secessionem, tantummodo ne amplius sanguinem vestrum praebeatis, censeo.

Gerant, habeantque suo modo imperia: quaerant triumphos: Mithridatem, Sertorium et reliquias exsulum persequantur cum imaginibus suis; absit periculum et labos, quibus nulla pars fructus est.

Nisi forte repentina ista frumentaria lege munia vestra pensantur: qua tamen quinis modiis

in den Stand, daſs ihr die Befehle, die ihr andern zum Beſten duldet, zu eurem Beſten vollziehen, oder nicht vollziehen könnet.

Oder wartet ihr auf das Orakel Jupiters, oder eines andern Gottes? Jenes Hochgeboth der Konſuln, jene Befehle der Senatoren machet nur ihr, Quiriter! durch eure Folgſamkeit ſo vollwichtig, und ihr eilet ſelbſt mit willigen Herzen, die Zügellosigkeit, mit der man gegen euch handelt, noch zu verſtärken und zu unterſtützen.

Ich will euch nicht aufmahnen, daſs ihr die 5
Unbilden rächet; ſondern daſs ihr im Gegentheile nach Ruhe ſtrebet; ich wünſche nicht Zwietracht, wie jene mich läſtern, ſondern das Ende jeder Feindſeligkeit: und fodere nur Güter zurück, die das Völkerrecht uns zuſagt. Wenn ſie auch ihren Raub nicht losgeben, rathe ich euch doch nicht, die Waffen zu ergreifen, oder euch von ihnen zu trennen; ſondern ich bitte euch nur, daſs ihr nicht wieder euer Blut verſtrömen laſſet. Mögen ſie immer alle Würden begleiten und behaupten! mögen ſie Siegesgepränge aufſuchen, und, ſtolz auf ihre Ahnen, Mithridates, Sertorius, und die noch übrigen Aechter verfolgen! nur von euch bleibe Gefahr und Kampf, die euch nie einen Vortheil bringen, weit entfernt.

Oder haltet ihr das plötzliche Geſetz der Getreidſpende für einen würdigen Lohn eurer Dienſte? Dadurch wird die Freiheit eines Bürgers auf

libertatem omnium aestumavere, qui profecto non amplius possunt alimentis carceris. Namque ut illis exiguitate mors prohibetur; senescunt vires: sic neque absolvit cura familiari tam parva res: et ignavus quisque tenuissima spe frustrantur. quae tamen quamvis ampla, quoniam servitii pretium ostentaretur, cujus torpedinis erat decipi et vestrarum rerum ultro injuria gratiam debere?

Namque alio modo, neque valent in universos, neque conabuntur.

6 Cavendus dolus est. Itaque simul comparant delenimenta, et differunt vos in adventum Cn. Pompeji; quem ipsum, ubi pertimuere sublatum in cervices suas, mox demto metu lacerant.

Neque eos pudet vindices, uti se ferunt, libertatis, tot viros sine uno, aut remittere injuriam non audere, aut jus non posse defendere.

Mihi quidem satis spectatum est, Pompejum, tantae gloriae adolescentem, male principem vo-

den Preis von fünf Metzen geſchätzt! So wird euch nicht mehr, als die Nahrung eines Gefangenen, zugemeſſen. Wie bei dieſem die ärmliche Koſt nur gegen den Tod ſichert; die Kräfte indeſs aufzehret; ſo benimmt auch euch dieſe Bettelgabe nicht die Sorgen eines kummervollen Hausweſens. Und bei dieſer ſchlechten Ausſicht laſſen ſich die feigeſten Sklaven die Hände binden. Doch ſetzen wir; der Preis wäre der reichſte; aber wie erniedrigend iſt es, ſelben, da man ihn, als den Lohn der Sklaverei, darbeuth, blind anzunehmen, und mit knechtiſchem Sinne, gegen alles Recht, für das zu danken, was euer Eigenthum iſt? Nur durch ſolch ein Betragen werden ſie über euch alle ſo mächtig; nur dadurch verſuchen ſie jedes Wageſtück.

Indeſs muſs man gegen die Laurer auf der 6
Hut ſeyn: denn ſie bereiten ſchon eine Lockſpeiſe, und tröſten euch mit dem Hinblicke auf des Kn. Pompejus Ankunft, den ſie itzt, weil er über ihre Schultern wuchs, fürchten; aber bald, wenn ſie ihn nicht mehr zu fürchten haben, zerreiſsen werden. Und dieſe Verfechter der Freiheit (denn mit dieſen Namen pralen ſie) erröthen nicht, daſs ihrer ſo viele, ohne einen einzigen, es nicht wagen, den Miſshandlungen ein Ziel zu ſetzen; oder daſs ſie die gerechte Sache nicht vertheidigen können.

Ich zwar ſehe deutlich genug, daſs Pompejus, der junge, mit Lorbern gekrönte Held, lieber mit

lentibus vobis esse, quam illis dominationis socium; auctoremque in primis fore tribuniciae potestatis.

Verum, Quirites, antea singuli cives in pluribus, non in uno cuncti praesidia habebatis: neque mortalium quisquam dare, aut eripere, talia unus poterat.

7 Itaque verborum satis dictum est. Neque enim ignorantia res claudit.

Verum occupavit nescio quae vos torpedo, qua non gloria movemini, neque flagitio: cunctaque praesenti ignavia mutastis: abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur, et huc ire licet, et illuc, munera ditium dominorum.

Atque haec eadem non sunt agrestibus; sed caeduntur inter potentium inimicitias, donoque dantur in provincias magistratibus.

Ita pugnatur, et vincitur paucis: plebes, quodcumque accidit, pro victis est, et in dies magis erit: si quidem majore cura dominationem illi retinuerint, quam vos repetiveritis libertatem.

eurem Willen der erſte zu ſeyn wünſcht, als daſs er in ihrem Bunde mitherrſche; und daſs er einer der erſten Beförderer der Tribungewalt ſeyn werde. Allein, in den ſchönen Tagen der Vorzeit, gründete, Quiriter! jeder Bürger ſeine Hoffnungen nicht auf einen Einzigen, ſondern auf die Mehrheit; und kein Sterblicher durfte ſich rühmen, daſs er allein ſolche Güter mittheilen, oder nehmen könnte.

Ich glaube, dieſs ſei genug geſagt: denn Un- 7
wiſſenheit deckt ja keinen Schleier über die Sache. Indeſs lähmte euch, ich weiſs nicht, welch ein Sklavenſinn; denn weder Ehre noch Schande machet einen Eindruck auf euch, und eure perſönliche Feigheit betäubt euch mit irrigen Begriffen. Ihr haltet das für vollen Genuſs der Freiheit, weil man eure Rücken ſchonet; weil euch die Gnade dieſer reichen Herren frei umher gehen läſst. Aber die Landbürger genieſsen ſelbſt nicht dieſer Freiheit, ſondern ſie werden die Schlachtopfer bei der Fehde der Groſsen; und man giebt ſie den Magiſtratsperſonen bei ihren Provinzen zur Beute hin. So kämpfen und ſiegen die Oligarchen: und das Volk muſs bei jedem Vorfalle unterliegen; und wird jeden Tag noch mehr unterliegen, wenn jene Groſsen ihre Herrſchaft mit gröſsern Eifer behaupten, als ihr nach Wiedererkämpfung der Freiheit ringet.

Epistola regis Mithridatis scripta ad regem Arsacen.

1 Omnes, qui secundis rebus suis ad belli societatem orantur, considerare debent, liceatne tum pacem agere. Dein quod quaeritur, satisne pium, tutum, gloriosum, an indecorum sit.

Tibi, si perpetua pace frui licet; nisi hostes opportuni, et sceleratissumi; egregia fama, si Romanos oppresseris, futura est: Neque petere audeam societatem; et frustra mala mea cum tuis bonis misceri sperem.

Atqui ea, quae te morari posse videntur, ira in Tigranem recentis belli, et meae res parum prosperae, si vera existumare voles, maxume hortabuntur.

Ille enim obnoxius, qualem tu voles societatem, accipiet: mihi fortuna, multis rebus ereptis, usum dedit bene suadendi: et, quod flo-

Brief des Königs Mithridates an den König Arſaces.

Jeder, der bei ſeiner ruhigen Lage zum Kriegs- 1
bündniſſe geladen wird, muſs wohl überdenken, ob ihm bei ſolch einem Geſuche der Friede nicht vortheilhafter; und dann, ob dieſe Bitte gerecht, ſicher, ehrenvoll oder ſchändlich ſei. Wäre es dir vergönnet, einen anhaltenden Frieden zu genieſsen; ſtänden die verruchteſten Feinde nicht nahe; krönte dich, als Besieger der Römer, nicht ausgezeichneter Ruhm, ſo würde ich umſonſt hoffen, daſs du dich bei deinem Wohlſtande jemals an meine miſsliche Lage anſchlöſſeſt.

Gerade die Gründe, die dich abhalten zu können ſcheinen; der Zorn gegen Tigranes wegen dem neulichen Kriege, und meine unglücklichen Umſtände, müſſen dich, wenn du das Wahre der Sache prüfen willſt, am mächtigſten rühren. Jener findet sich in der Klemme, und wird jedes Bündniſs, das du wünſcheſt, gerne ſchlieſsen; ich aber lernte durch das Unglück, nach dem Verluſte ſo vieler Güter, ein weiſer Rathgeber ſeyn: und ich gebe

rentibus optabile est, ego non validissumus praebeo exemplum, quo rectius tua componas.

2 Namque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis, una et ea vetus caussa bellandi est, cupido profunda imperii, et divitiarum; qua primum cum rege Macedonum Philippo bellum sumsere.

Dum a Carthaginiensibus premebantur, amicitiam simulantes ei subvenientem Antiochum concessione Asiae per dolum advertere; ac mox, tracto Philippo, Antiochus omni cis Taurum agro et decem millibus talentorum spoliatus est.

Persen deinde Philippi filium, post multa et varia certamina, apud Samothracas deos acceptum in fidem, callidi, et repertores perfidiae, quia pacto vitam dederant, insomniis occidere.

3 Eumenem, cujus amicitiam gloriose ostentant, initio prodidere Antiocho, pacis mercedem; post Attalum custodem agri captivi sumtibus et con-

dir, was Glücklichen erwünſchet ſeyn muſs, bei
meiner Erniedrigung ein Beiſpiel, wie du dein
Glück mit mehr Sicherheit gründen kannſt.

Die Römer haben, um mit allen Nationen, 2
Völkern und Königen Kriege zu führen, eine und
die nämliche alte Urſache: unerſättliche Sucht
nach Herrſchaft und Geld. Dieſs bewog ſie zuerſt
mit den Macedonerkönig Philippus zu kriegen. So
lange ſie von den Chartagern in die Enge getrie-
ben wurden, heuchelten ſie gegen Antiochus, wel-
cher Philippus zu Hilfe kam, Freundſchaft, und
machten ihn durch die Abtretung Aſiens tückiſch
von ſelbem abwendig; aber nach des Philippus
Niederlage entriſſen ſie bald dem Antiochus alles
Land dieſsſeits des Taurus, und raubten ihm zehn
tauſend Talente. Nachher tödteten dieſe ränkevol-
len Erfinder jeder Verrätherei den Perſes, des Phi-
lippus Sohn, dem ſie nach vielen, wechſelnden
Treffen vor den Altären der Götter Samothraziens
Sicherheit zuſagten; durch Entziehung des Schla-
fes aber, weil ſie ihm durch einen Eid das Leben
zugeſchworen hatten, hinrichteten.

Den Eumenes, mit deſſen Freundſchaft ſie ſo 3
ruhmredig pralen, verriethen ſie anfangs, als den
Preis des Friedens, an Antiochus. Nachher mach-
ten ſie Attalus, der ihre unterjochten Länder be-
wachte, durch Aufwand und Beſchimpfung, aus

tameliis ex rege miserrumum servorum effecere: simulatoque impio testamento, filium ejus Aristonicum, quia patrium regnum petiverat, hostium more, per triumphum duxere.

Asia ab ipsis obsessa est: postremo totam Bithyniam, Nicomede mortuo, diripuere; cum filius Nusa, quam reginam adpellaverant, genitus haud dubie esset.

4 Nam quid ego me appellem? quem disjunctum undique regnis et tetrarchiis ab imperio eorum, quia fama erat, divitem, neque serviturum esse, per Nicomedem bello lacessiverunt; sceleris eorum haud ignarum, et ea, quae accidere, testatum antea, Cretenses solos omnium liberos ea tempestate, et regem Ptolemaeum.

Atque ego ultus injurias, Nicomedem Bithynia expuli; Asiamque spolium regis Antiochi recepi, et Graeciae demsi grave servitium.

Incepta mea postremus servorum Archelaus, exercitu prodito, impedivit: illique, quos ignavia aut prava calliditas, uti meis laboribus tuti essent, armis abstinuit, acerbissumas poenas solvunt.

einem Könige zum ärmſten der Sklaven; ſie unterſchoben das ungerechteſte Vermächtniſs, und ſchleppten ſeinen Sohn Ariſtonikus, weil er auf das väterliche Reich Anſpruch machte, wie einen Feind, im Triumphe umher. Asien ward von ihnen beſetzet. Endlich plünderten ſie, nach Nikomedens Tode, ganz Bithynien: ob gleich ein wirklicher Sohn der, als Königin anerkannten, Nuſa lebte.

Solle ich auch von mir reden? Ich war rings 4
durch Königreiche und Tetrarchien von ihrem Reiche abgeſondert. Weil ſie hörten, ich ſei reich, und wollte nie ein Sklave werden, ſo reitzten ſie mich durch Nikomedes zum Kriege: doch kannte dieſer die laſterhaften Römer genau, und er ſagte die Zukunft lange voraus, daſs in dieſer Lage von allen Niemand frei bleiben werde, als die einzigen Kretenſer, und König Ptolomäus.

Ich, für meine Perſon, rächte die Beleidigung; trieb Nikomedes aus Bithynien, eroberte das dem König Antiochus entriſſene Asien, und nahm Gräzien das drückende Sklavenjoch ab. Archelaus, der Niedrigſte der Sklaven, ward Verräther an meinem Heere, und hemmte meine glücklichen Fortſchritte. Diejenigen, welche Feigheit, oder verkehrte Politik, damit ſie bei meinem Ungemache ſicher blieben, von den Waffen zurück hielt, müſſen es mit bitterer Strafe entgelten.

5 Ptolomaeus pretio (dies) bellum prolatans; Cretenses impugnati semel jam, neque finem, nisi excidio, habituri.

Equidem cum mihi ob ipsorum interna mala dilata praelia magis, quam pacem datam intelligerem; abnuente Tigrane, qui mea dicta sero probat, te remoto procul, omnibus aliis obnoxiis, rursus tamen bellum cepi: Marcumque Cottam Romanum ducem apud Chalcedona terra fndi: mari exsui classe pulcherruma.

Apud Cyzicum magno cum exercitu in obsidione moranti frumentum defuit, nullo circum adnitente: simul hiems mari prohibebat.

Ita, sine vi hostium regredi coactus in patrium regnum, naufragiis apud Param, et Heracleam, militum optumos cum classibus amisi.

6 Restituto deinde apud Cabira exercitu, et variis inter me atque Lucullum praeliis, inopia rursus ambos incessit.

Illi suberat regnum Ariobarzanis bello intactum: ego vastis circum omnibus locis, in Armeniam concessi: secutique Romani non me, sed

Ptolomäus zögert den Tag des Krieges durch Geld hinaus. Die Kreter wurden schon einmal angegriffen, und die Fehde wird nur mit ihrem Untergange enden. Da ich einsah, daſs ich wegen ihren einheimischen Uebeln nur den Aufschub des Krieges, nicht aber sichern Friedensgenuſs zu erwarten hätte, so unternahm ich, ob gleich Tigranes, der itzt meinen Rath zu späte wahr findet, entgegen war; ob dich gleich weite Gegenden entfernten; und alle andere unter dem Joche standen, doch auf das neue den Krieg. Ich schlug den Römerfeldherrn M. Kotta bei Chalcedon zu Lande, und nahm ihm die schönste Flotte zur See. Da ich bei der Belagerung Cyzikums mit einem groſsen Heere lange hingehalten ward, gebrachen mir die Lebensmittel: kein Nachbar unterstützte mich mit Hilfe; auch das im Winter stürmende Meer hielt mich zurück. So ward ich ohne Feindesgewalt zum Rückzug in mein Vaterreich gezwungen, und verlor durch Schiffbruch bei Para und Heraklea samt der Flotte die besten meiner Krieger. 5

Ich ergänzte dann bei Kabira mein Heer; es fielen zwischen mir und Lukullus verschiedene Treffen vor; Hunger entkräftete wieder Beide. Allein Lukullus hatte des Ariobarzanes Reich im Rücken, das vom Kriege nichts gelitten hatte: ich aber war nur von verwüsteten Ländern umringet, und zog mich nach Armenien zurück. Die Römer folgten nicht so fast mir, als ihrer Sitte, 6

morem suum omnia regna subvertundi, quia multitudinem, artis locis, pugna prohibuere, imprudentiam Tigranis pro victoria ostentant.

Nunc quaeso considera, nobis oppressis, utrum firmiorem te ad resistendum, an finem belli futurum putes? scio equidem tibi magnas opes virorum, armorum, et auri esse: et ea re a nobis ad societatem, ab illis ad praedam peteris.

7 Ceterum consilium est Tigranis, regno integro, meis militibus (belli prudentibus,) procul ab domo, parvo labore, per nostra corpora bellum conficere: quomodo neque vincere, neque vinci sine tuo periculo possumus.

An ignoras, Romanos, postquam ad occidentem pergentibus finem Oceanus fecit, arma huc convertisse? neque quicquam a principio nisi raptum habere, domum, conjuges, agros, imperium? convenas olim, sine patre, sine parentibus, peste conditos orbis terrarum: quibus non humana ulla, neque divina obstant, quin socios, amicos, procul, juxta sitos, inopes potentisque trahant, excidant; omniaque non serva

alle Reiche zu untergraben: sie hielten das zahlreiche Heer in den engen Gegenden von jeder Schlacht zurück; und ſo pralen sie, wegen der Unvorsichtigkeit des Tigranes, als Sieger.

Ueberlege nun wohl, ich bitte dich, ob du dich nach unſerer Niederlage zum Widerſtande für ſtärker hältſt; oder ob du ein Ende des Krieges hoffeſt. Ich weis zwar, daſs es dir nicht an Kriegern, an Waffen und Golde fehle. Wir wünſchen dich deſswegen als unſern Verbündeten; jene aber, als ihre Beute, zu haben.

Indeſs sind wir entſchloſſen, da des Tigranes 7
Reich noch keinen Schaden litt, durch meine kriegserfahrnen Heere, fern vom Hauſe, durch unſere vereinte Kräfte den Krieg leichter Dinge zu enden: denn wir können, ohne deine Gefahr, weder siegen, noch besiegt werden. Oder weiſst du nicht, daſs die Römer, weil der Ozean ihren Zug nach Weſten beſchränket, deſswegen ihre Waffen hieher richteten. Sie waren ſeit ihrem Anfange Räuber. So erhielten sie Häuſer, Gattinnen, Ländereien und ihr Reich. Sie sind ein zuſammengelaufenes Gesindel, die einſt kein Vaterland, keine Verwandte hatten, und zum Fluche der Welt aufwuchſen. Sie laſſen sich weder durch menſchliche, noch göttliche Rechte zurück halten, ihre Verbündete, Freunde, in der Nähe und Ferne, sie mögen arm oder mächtig ſeyn, auszuplündern, und zu Grund zu richten. Alles, was sich nicht unter

et maxume regna hostilia ducant. Namque pauci libertatem, pars magna justos dominos volunt: non suspecti sumus aemuli, et in tempore vindices adfuturi.

8 Tu vero, cui Seleucia maxuma urbium, regnumque Persidis inclitis divitiis est, quid ab illis, nisi dolum in praesens, et postea bellum exspectas? Romani arma in omnis habent, acerruma in eos, quibus victis spolia maxuma sunt; audendo et fallendo, et bella ex bellis serendo, magni facti.

Per hunc morem exstinguent omnia, aut occident: quod haud difficile est, si tu Mesopotamia, nos armenia, circumgredimur exercitum sine frumento, sine auxiliis: fortuna, aut nostris vitiis, adhuc incolumem.

Teque illa fama sequetur, auxilio profectum magnis regibus, latrones gentium oppressisse.

Quod uti facias moneo, hortorque; neu malis pernicie nostra tuam prolatare, quam societate victor fieri.

ihr Sklavenjoch beugt, und vorzüglich Königreiche, halten sie für feindlich gesinnt: denn wenige wünſchen sich ſolch eine Freiheit; und die meiſten lieben vielmehr gerechte Regenten. Wir sind ihnen, als Mitwerber, verdächtig, die einſt an ihnen Rache nehmen könnten.

Und was erwarteſt du, der Seleucia, die gröſste 8
der Städte, und das mit Schätzen angefüllte Perſer Reich beherrſchet, von ihnen anders, als für itzt Betrug, und für die Zukunft Krieg? Die Römer ſchwingen ihre Waffen gegen alle, aber am hitzigſten gegen jene, bei deren Niederlage sie die reichſte Beute hoffen. Verwegenheit und Betrug; dann ihre Kunſt, Krieg durch Krieg zu erregen, machten sie ſo groſs. Bei dieſem Syſteme werden sie alles vertilgen; oder sie müſſen ſelbſt zu Grunde gehen. Und das letztere hält nicht ſchwer, wenn du von Meſopotamien, wir aber von Armenien aus, ihr Heer, das keine Lebensmittel, keine Unterſtützung hat, und sich durch das Glück, oder vielmehr durch unſere Schuld erhält, rings umzingeln. Dich wird dann der hohe Ruhm krönen, daſs du groſsen Königen zu Hilfe zogeſt, und die Räuber der Welt unterdrückteſt.

Ich bitte, ich beſchwöre dich, thue dieſes, und gieb es nicht zu, daſs du bei unſerm Verderben ein alles verſchlingendes Reich vielmehr vergröſserſt, als in unſerm Bunde ſelbes besiegeſt.

Oratio C. Cottae Consulis ad populum.

1 Quirites, multa mihi pericula domi, militiae; multa advorsa fuere: quorum alia toleravi, partim repuli deorum auxiliis, et virtute mea: in quis omnibus, neque animus negotio defuit: neque decretis labos. Malae, secundaeque res, opes, non ingenium, mihi mutabant.

At contra in his miseriis cuncta me cum fortuna deseruere. Praeterea senectus per se gravis, curam duplicat: cui misero, acta jam aetate, ne mortem quidem honestam sperare licet.

Nam, si parricida vestri sum et bis genitus hic deos Penatis meos, patriamque, et summum imperium vilia habeo: quis mihi vivo cruciatus satis est, aut quae poena mortuo? cum omnia memorata apud inferos supplicia scelere meo vici.

Rede des Konſuls K. Kotta an das Volk.

Ich beſtand, Quiriter! manche Gefahr im Frieden, 1
manches Ungemach im Kriege. Einige dieſer Unfälle ertrug ich; andere beſiegte ich durch die Hilfe der Götter, und eigene Kraft. Niemals verlieſs mich bei einem Geſchäfte Einsicht; oder bei einer Verordnung Thatenſtrebſamkeit; Glück und Unglück änderten nur meinen Wirkungskreis; nie aber mein Herz.

Aber bei der itzigen elenden Lage verläſst mich das Glück, und alles. Ueberdieſs macht das Alter, das ohnehin eine drückende Laſt iſt, meinen Kummer doppelt ſchwer. Ich Unglücklicher nahe ſchon dem Ende meines Lebens, und darf nicht einmal einen ehrenvollen Tod hoffen. Denn, wenn ich Hochverräther an euch bin; wenn ich, der ich euch zweimal das Leben verdanke, meine häuſslichen Götter, mein Vaterland und die höchſte Würde ſchändete, welch eine Folter iſt dann für mich im Leben, welch eine Strafe nach meinem Tode zu geringe, da ich alle berüchtigten Höllenqualen durch mein Verbrechen weit überſtieg?

2 A prima adolescentia in ore vestro privatus, et in magistratibus egi: qui lingua, qui consilio meo, qui pecunia voluere, usi sunt: neque ego callidam facundiam, neque ingenium ad malefaciundum, exercui: avidissumus privatae gratiae maxumas inimicitias pro republica suscepi: qui victus cum illa simul, cum egens alienae opis, plura mala exspectarem; vos, Quirites, rursus mihi patriam, deos Penatis, cum ingenti dignitate dedistis.

Pro quibus beneficiis vix satis gratus videar, si singulis animam, quam nequeo, concesserim.

Nam vita et mors jura naturae sunt: uti sine dedecore cum civibus, fama et fortunis integer agas, id dono datur atque accipitur.

3 Consules nos fecistis, Quirites, domi bellique impeditissuma republica.

Namque Imperatores Hispaniae stipendium, milites, arma, frumentum poscunt; et id res cogit; quoniam defectione sociorum et Sertorii

Ich verlebte meine frühern Jahre, als Privatmann, oder als Obrigkeit, vor euren Augen. Jedem, der nur wollte, ftand meine Beredfamkeit, mein Rath, mein Vermogen zu Gebothe. Ich mifsbrauchte meine Zunge nicht zu Staatskniffen; noch mein Talent, um jemanden zu fchaden. Ich fehnte mich nach der Freundfchaft jedes Bürgers auf das Innigfte; und beftand, für das Befte des Staats, die gröfsten Feindfchaften. Als ich mit ihm unterlag, und, fremder Hilfe dürftig, noch ärgere Uebel befürchtete, ftelltet ihr, Quiriter! mir auf das neue mein Vaterland, meine häuslichen Götter, und die erften Würden zurücke. Wenn ich für jeden einzelnen Bürger, was nicht möglich ift, mein Leben hinopferte, würde doch mein Dank für fo viele Wohlthaten noch zu geringe feyn: denn Leben und Tod hängen von der Natur ab; aber dafs man ohne Entehrung, ohne an feinem Namen und Vermögen gekränkt zu feyn, unter den Mitbürgern leben kann, diefes Glück wird als Gnade befchieden und empfangen. 2

Ihr wähltet mich, Quiriter! in der mifslichften Lage des Staates, wo Friede und Krieg gefährlich waren, zu eurem Konful. In der That! die Feldherrn in Spanien fodern Sold, Krieger, Waffen, Lebensmittel; und Noth zwingt sie zu diefer Foderung. Denn, nachdem die Verbündeten abtrünnig wurden, und Sertorius sich über die Ge- 3

per montes fuga neque manu certare possunt, neque utilia parare.

Exercitus in Asia Ciliciaque ob nimias opes Mithridatis aluntur: Macedonia plena hostium est: nec minus Italia marituma, et provinciarum: cum interim vectigalia parva, et bellis incerta, vix partem sumtuum sustinent: ita classe, quae commeatus tuebatur, minore quam ante navigamus.

Haec si dolo aut socordia nostra contracta sunt, uti monet ira, supplicium sumite: sin communis fortuna asperior est, quare indigna vobis, nobisque, et republica incipitis?

4 Atque ego, cujus aetati mors propior est non deprecor, si quid ea vobis incommodi demitur; aeque mox ingenui corporis honestius, quam pro vestra salute, finem vitae fecerim. Adsum en C. Cotta consul, facio, quod saepe majores asperis bellis fecere; voveo, dedoque me pro republica.

Quam deinde cui mandetis circumspicite. Nam talem honorem bonus nemo volet, cum fortunae, et maris, et belli ab aliis acti, ratio red-

birge zurück zog, ſo können sie weder im Handgemenge kämpfen, noch sich die nützlichen Bedürfniſſe erwerben. Wir müſſen wegen der übergroſsen Macht des Mithridates Heere in Asien und Cilicien unterhalten. Mazedonien wimmelt von Feinden; eben ſo bedrängt sind die Seeküſten Italiens, und der Provinzen. Bei dieſer Lage beſtreiten indeſs die kleinen, und im Kriege unsichern Einkünfte kaum einen Theil der Staatskoſten; auch iſt die Flotte, die uns ſonſt Lebensmittel zuführte, viel kleiner, als vorher. Wenn all das Miſsgeſchick durch Betrug oder unſere Unthätigkeit geſchah, ſäumet dann nicht, und nehmet, wie ihr wollet, Rache an mir. Wenn aber das allgemeine Unglück um ſo trauriger iſt, warum faſſet ihr einen Entſchluſs, der euch, mich und den Staat entehret.

Ich zwar, deſſen Alter für das Grab ſchon reif 4
iſt, ſcheue den Tod nicht, wenn er von euch ein Unglück abwenden kann; und ich finde es für einen edelgesinnten Bürger ehrenvoll, das Leben für euer Beſtes zu enden. Ich bin hier mitten unter euch: ſehet, ich K. Kotta, euer Konſul, thue, was oft die Väter in gefährlichen Kriegen thaten; ich opfere, weihe mich dem Tode für mein Vaterland.

Aber ſehet euch wohl um, wem ihr dann die Sorge für ſelbes vertrauet: denn nimmer wird ein Edelgesinnter ſolch eine Würde wünſchen, wenn er über Glück, und Frieden, und Krieg, den an-

denda, aut turpiter moriendum sit. Tantummodo in animis habetote, non me ob scelus, aut avaritiam caesum, sed volentem pro maxumis beneficiis animam dono dedisse.

Per vos, Quirites, et gloriam majorum, tolerate advorsa, et consulite reipublicae.

Multa cura summo imperio inest, multi ingentes labores: quos nequidquam abnuitis, et pacis opulentiam quaeritis: cum omnes provinciae, regna, maria, terraeque aspera, aut fessa bellis sint.

dere führen, Rechenſchaft geben, oder ſchändlich ſterben muſs. Faſſet zugleich tief zu Gemüth, daſs man mich nicht wegen Verbrechen oder Geitz mordete, ſondern daſs ich willig für die gröſsten Wohlthaten mein Leben hingeopfert habe.

Ich beſchwöre euch alſo, Quiriter! bei eurem Glücke, bei dem Ruhme der Väter, traget das Ungemach mit Geduld; und wachet für das Vaterland. Das gröſste Reich fodert viele Sorgen, viele raſtloſen Anſtrengungen. Ihr lehnet ſie umſonſt ab; und ſuchet, während alle Provinzen, Königreiche, Meere und Länder von Kriegen beunruhigt oder geſchwächt ſind, vergeblich den ſegenvollen Frieden.

den Bösen. Redlichkeit gehet, [illegible] ähnlich [illegible] muß. Findet zugleich [illegible] man mich nicht gegen Vorwürfe oder [illegible]-[illegible], darf ich sagen, daß ich billig bis die großen Wohlthaten meines Lebens hingeopfert habe.

Ich zeichnete auch nun, Freund! bei eurem Glück, bei dem Aufgang der [illegible], [illegible] das Ungemach mit Freuden, und wachet für das Vaterland. Der ernste Pflicht [illegible] seine Sorgen, und [illegible] Anstrengungen, [illegible] als ein [illegible] und lachet, während alle [illegible], Adel, [illegible] Herren und Länder von Kriegen heimgesucht oder geschwächt sind, vergebens den segensvollen Frieden.

C. C. SALLUSTII
EPISTOLAE DUAE
AD C. CAESAREM
DE
REPUBLICA ORDINANDA.

Epistola I.

1 Pro vero antea obtinebat, regna, atque imperia, fortunam dono dare, item alia, quae per mortalis avide cupiuntur: quia et apud indignos saepe erant quasi per lubidinem data: neque cuiquam incorrupta permanserant. Sed res docuit id verum esse, quod in carminibus Appius ait, fabrum esse quemque fortunae: atque in te maxume, qui tantum alios praegressus es, uti prius defessi sunt homines laudando facta tua, quam tu laude digna faciundo.

Ceterum uti fabricata, sic virtute parta, quam magna industria haberi decet; ne incuria deformentur, aut corruant infirmata.

Nemo enim alteri imperium volens concedit: et quamvis bonus atque clemens sit, qui plus potest; tamen, quia malo esse licet, formidatur. Id evenit, quia plerique rerum potentes

Erſter Brief.

Man glaubte einſt, das Glück verſchenke Thronen, Reiche, und alle wünſchenswerthe Güter der Sterblichen; denn ſie wurden, wie eine Gabe des blinden Zufalls, oft auch Unwürdigen zu Theil, und Niemand genoſs ſie unverſehrt: doch Erfahrung lehrte uns die Wahrheit der Appiſchen Gnome: „Jeder iſt Meiſter ſeines Glückes." Dieſer Spruch paſſet vorzüglich auf dich, der über andere ſo hoch empor ragt, daſs die Menſchen eher ermüden, deine Thaten zu loben, als du, preiſswürdige zu thun.

Indeſs muſs man die Werke der Tugend gleich Kunſtwerken mit ſorgſamer Mühe bewahren, damit ſie nicht aus Achtlosigkeit entſtaltet werden, oder aus Schwäche zuſammen ſtürzen. Niemand überläſst, willigen Herzens, die Herrſchaft einem andern. Wenn auch der Mächtige huldvoll und gnädig iſt, ſcheint er doch, ſchon bei dem Vermögen, ſchaden zu können, furchtbar. Dieſes kömmt daher, weil die meiſten Machthaber verkehrten Rath

perversae consulunt: et eo se munitiores putant, quo illi, quibus imperitant, nequiores fuere.

2 At contra id eniti decet; cum ipse bonus, atque strenuus sis, uti quam optumis imperites. Nam pessumus quisque asperrume rectorem patitur.

Sed tibi hoc gravius est, quam ante te omnibus, armis parta componere.

Bellum aliorum pace mollius gessisti: ad hoc victores praedam petunt, victi cives sunt. Inter has difficultates evadendum est tibi; atque in posterum firmanda respublica non armis modo, neque adversum hostes, sed, quod multo majus, multoque asperius est, bonis pacis artibus.

Ergo omnes magna mediocrique sapientia res huc vocat: quae quisque optuma potest, uti dicant. Ac mihi sic videtur: qualicumque modo tu victoriam composueris, ita alia omnia futura.

Sed jam, quo melius faciliusque constituas, paucis, quae me animus monet, accipe.

3 Bellum tibi fuit, Imperator, cum homine claro, magnis opibus, avido potentiae, majore fortuna, quam sapientia: quem secuti sunt pau-

befolgen, und sich um so fest gegründeter glauben, je niedriger diejenigen sind, die sie beherrschen.

Im Gegentheile fodert dich Pflicht auf, darnach zu ringen, dass du, selbst gut und rechtschaffen, auch über Leute vom besten Charakter herrschest. Denn der Bösewicht duldet nur widerspenstig einem Herrn. Zwar ist es für dich, was deine Waffen bezwangen, auch in Ordnung zu erhalten, viel härter, als für alle Vorgänger. Du betrugst dich im Kriege menschenfreundlicher, als andere im Frieden. Dann fodern die Sieger Beute; und die Besiegten sind Bürger. Durch solche Hindernisse musst du dir den Weg bahnen, und den Staat für die Zukunft nicht nur durch Waffen gegen Feinde, sondern, was viel grösser und schwerer ist, durch liebliche Friedenskünste gründen. 2

Daher ruft Männer von erhabener und mittelmäfsiger Einsicht die Pflicht auf, ihre bestmöglichsten Gedanken zu sagen. Ich bin überzeugt, dass von der Art, wie du den Sieg benutzest, alles übrige abhangen werde. Vernimm denn, um dieses Unternehmen leichter und sicherer zu vollführen, in kurzen Worten, was mein Herz darüber fühlt.

Feldherr! du kriegtest mit einem berühmten, 3
mächtigen, herrschsüchtigen Manne, der mehr Glück, als Weisheit besafs. Ihm folgten wenige,

ci, per suam injuriam tibi inimici: item quos affinitas, aut alia necessitudo, traxit. Nam particeps dominationis neque fuit quisquam; neque, si pati potuisset, orbis terrarum bello concussus foret. Cetera multitudo vulgi, more magis, quam judicio, post alius alium, quasi prudentiorem, secuti.

Per idem tempus maledictis iniquorum occupandae reipublicae in spem adducti homines, quibus omnia probro ac luxuria polluta erant, concurrere in castra tua: et aperte quietis mortem, rapinas, postremo omnia, quae corrupto animo lubebat, minitari.

Ex quis magna pars, ubi neque creditum condonare, neque de civibus, sicuti hostibus, uti vident, defluxere: pauci restitere; quibus majus otium in castris, quam Romae, futurum erat, tanta vis creditorum impendebat.

Sed ob easdem caussas immane dictu est, quanti, et quam multi mortales postea ad Pompejum discesserint: eoque per omne tempus belli quasi sacro, atque inspoliato fano debitores usi.

4 Igitur, quoniam tibi victori de bello atque pace agitandum est: hoc uti civiliter deponas,

die zu ihrer Schmach deine Feinde wurden. Manche zog Verwandtſchaft, oder andere Verhältniſſe auf ſeine Seite: denn Theilnehmer der Herrſchaft war keiner. Hätte er dieſes dulden können, ſo wäre der Erdkreis nicht vom Kriege erſchüttert worden. Von dem übrigen Pöbel lief einer nach dem andern, mehr nach ſeiner Sitte, als aus Ueberlegung zu ihm, als dem Klügerdenkenden, über.

Läſterſucht der Bösgesinnten reitzte zur nämlichen Zeit Leute, die ihr ganzes Leben durch Schandthaten und Schwelgſucht befleckt hatten, zur Hoffnung auf, sich des Staates zu bemächtigen. Sie eilten rottenweiſe in ſein Lager, und bedrohten offenbar Friedlichgesinnte mit Mord, Plünderung, und jedem Greule, zu dem ein verdorbenes Herz fähig macht. Ein groſser Theil von dieſem Gesindel zerſtreute sich, ſo bald sie ſahen, daſs du weder ihre Schulden tilgteſt, noch deine Mitbürger, wie Feinde, miſshandelteſt. Nur Wenige blieben zurück, die sich im Lager mehr Ruhe, als zu Rom, verſprachen. So furchtbar drohte die Wuth der Gläubiger. Aus dem nämlichen Grunde liefen ſpäter unſäglich viele, mächtige Anhänger zu Pompejus über; und zu ihm retteten sich, den ganzen Krieg durch, alle Schuldner, wie zu einer heiligen, unverletzlichen Zufluchtſtätte.

Weil du itzt, als Sieger, über Krieg und Frie- 4
den entſcheiden, und jenen mit ächtem Bürger-

illa ut quam justissima, et diuturna sit: de te ipso primum, qui ea compositurus es, quod optumum factu est, existuma. Equidem ego cuncta imperia crudelia, magis acerba, quam diuturna, arbitror; neque quemquam multis metuendum esse, quin ad eum ex multis formido recidat: eam vitam bellum aeternum atque anceps gerere; quoniam neque adversus, neque ab tergo, aut lateribus tutus sis, semper in periculo, aut metu agites.

Contra qui benignitate et clementia imperium temperavere, his laeta et candida omnia visa; etiam hostes aequiores, quam aliis cives.

5 An qui me his dictis corruptorem victoriae tuae, nimisque in victos bona voluntate praedicent? Scilicet quod ea, quae externis nationibus, natura nobis hostibus, nosque majoresque nostri saepe tribuere, ea civibus danda arbitror; neque barbarico ritu caede caedem, et sanguine sanguinem expianda.

An illa, quae paullo ante hoc bellum in Cn. Pompejum victoriamque Syllanam increpabantur, oblivio intercepit?

Domitium, Carbonem, Brutum, alios item non armatos, neque in praelio belli jure, sed

ſinne enden; dieſen gerecht und lange handhaben muſst, ſo überdenke bei dem Entſchluſſe, dieſes durchzuſetzen, zuerſt die Pflicht, die dein eignes Beſtes gründet. Jede grauſame Herrſchaft iſt, meiner Meinung nach, vielmehr drückend, als andauernd. Niemand iſt vielen furchtbar, der nicht entgegen viele fürchten müſste. Solch ein Leben ſcheint mir ein ewiger, gefahrvoller Krieg; denn ſo iſt man weder vorn, noch im Rücken, noch von den Seiten her gesichert: man ſchwebt ſtets in Gefahr und Furcht. Wer aber die Herrſchaft durch Huld und Gnade mildert, der erblickt nur freudige, liebliche Szenen; den lieben ſelbſt Feinde redlicher, als andere ihre Mitbürger.

Manche werden behaupten, daſs ich durch 5
dieſe Denkart die Früchte deines Sieges verderbe, und gegen Besiegte zu friedlich gesinnt ſei. Etwa deſswegen, weil ich glaube, daſs man Gnaden, die wir und unſere Väter oft fremden, von Natur aus feindlichen Nationen gewährten, auch Bürgern zugeſtehen ſollte? daſs man nicht, nach barbariſcher Unsitte, Mord mit Morde, Blut mit Blute vergelten müſſe? Haben sie die Flüche, die man kurz vor dieſem Kriege gegen Pompejus und Sulla's Sieg ausſtieſs, ſchon vergeſſen? denken sie nicht mehr, wie Domitius, Karbo, Brutus, und andere, nicht mit Waffen in den Händen, noch im Treffen nach dem Kriegesrechte, ſondern ſpä-

postea supplices per summum scelus interfectos: plebem Romanam in villa publica, pecoris modo, conscissam.

6 Heu quam illa occulta civium funera et repentinae caedes; in parentum, aut liberorum sinum fuga mulierum, et puerorum; vastatio domuum, ante partam a te victoriam, saeva atque crudelia erant!

Ad quae te illi iidem hortantur: et scilicet id certatum esse, utrius vestrum arbitrio, injuriae fierent: neque receptam, sed captam a te rempublicam et ea caussa exercitus stipendiis confectis optumos, et veterrimos omnium advorsum fratres, parentesque, alii liberos armis contendere; ut ex alienis malis deterrumi mortales ventri atque profundae lubidini sumtus quaererent: atque essent opprobria victoriae, quorum flagitiis commacularetur bonorum laus.

Neque enim te praeterire puto, quali quisque eorum more, aut modestia, etiam tum dubia victoria, sese gesserit; quoque modo in belli administratione scorta, aut convivia, exercuerint nonnulli; quorum aetas ne per otium quidem talis voluptatis sine dedecore attigerit.

terhin gnadeflehend, durch das verruchteſte Verbrechen gemordet wurden? Wie man das Römervolk in der öffentlichen Villa, dem Viehe gleich, nieder metzelte.

Ach! wie unmenſchlich und grauſam waren die 6
geheimen Hinrichtungen der Bürger, die überraſchenden Henker, die Flucht der Weiber und Kinder in den Schoos der Aeltern und Söhne, die Plünderung der Häuſer, ehe du den Sieg erkämpfteſt. Und dieſe Nämlichen ermahnen dich zu gleichen Unthaten! gerade, als hätte man nur darum gekämpft, welche Parthei das Vorrecht zu ſchaden an ſich reiſsen würde; als hätteſt du nicht den Staat in den Schutz genommen, ſondern unter das Joch gezwungen. Die beſten und älteſten Krieger ſollten nach geendetem Dienſte ihre Waffen darum gegen Brüder, Aeltern und Kinder zücken, damit die verworfenſten Wichte von fremden Gütern für ihren Bauch und ihre unerſättliche Geilheit Nahrung fänden; damit Leute, deren Schandthaten auch den Ruhm der Gutgeſinnten befleckten, den Sieg zum Schimpfe miſsbrauchen könnten. Es blieb dir, wie ich glaube, nicht verborgen, wie ungeſittet, und ohne Zurückhaltung ſich jeder von ihnen bei noch ungewiſſem Siege betrug; wie ſich einige, deren Alter ſelbſt im ruhigen Frieden nicht ſo ſchändliche Lüſte erlaubte, mitten im Kriege, bei Dirnen und Schmausgelagen ſchadlos hielten.

7 De bello satis dictum. De pace firmanda quoniam tuque et omnes tui agitatis: primum id, quaeso, considera, quale id sit, de quo consultas: ita, bonis malisque dimotis, patenti via ad verum perges.

Ego sic existumo; quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi Romanae fatum excidi adventarit, cives cum civibus manus conserturos; ita defessos et exsangues Regi aut nationi praedae futuros. Aliter non orbis terrarum, neque cunctae gentes conglobatae, movere aut contundere queunt hoc imperium.

Firmanda igitur sunt et concordiae bona, et discordiae mala expellenda.

Id ita eveniet, si sumtuum et rapinarum licentiam demseris, non ad vetera instituta revocans, quae jam pridem, corruptis moribus, ludibrio sunt; sed si suam cuique rem familiarem finem sumtuum statueris.

8 Quoniam is incessit mos, ut homines adolescentuli, sua atque aliena consumere, nihil lubidini, atque aliis rogantibus, denegare, pulcherrumum putent: eam virtutem, et magnitudinem animi; pudorem atque modestiam pro socordia

Doch genug vom Kriege. Da du, und die Deinigen alle, den Plan eines ſteten Friedens entwerfet, ſo bitte ich dich zuerſt, reif zu überlegen, welchen Entwurf ihr vorhabet. So wirſt du, bei Scheidung des Guten und Böſen, auf offener Straſse zur Wahrheit vordringen. Ich denke, weil alles, was einen Anfang hat, auch enden muſs, daſs zur Zeit, wo das Verhängniſs den Untergang Roms herbeiführt, Bürger mit Bürgern ſich ſchlagen; daſs sie, ſo geſchwächt und erſchöpfet, einem Könige, oder einer Nation, als Beute zufallen werden. Auſserdem kann nicht die weite Welt, nicht der Schwall aller Völker dieſes Reich erſchüttern oder zermalmen. 7

Gründe alſo den Segen der Eintracht, und ſcheuche den Fluch des Zwieſpalts. Dieſen Zweck erreichſt du, wenn du zügelloſe Verſchwendung und Plünderungſucht bei Seite ſchaffeſt. Du kannſt zwar die Vätergeſetze, die bei unſern verdorbenen Sitten lächerlich ſcheinen, nicht mehr aufwecken; aber doch jedem ſein häuſsliches Vermögen zum Ziele ſeines Aufwandes ſetzen.

Weil es der Zeitgeiſt ſo mit ſich bringt, daſs 8
junge Leute ihren ſchönſten Ruhm darin finden, wenn sie ihr eigenes und fremdes Gut verpraſſen, und der Wolluſt und ihren Schmeichlern nichts verſagen; daſs sie dieſe Unordnung für Tugend und Seelengröſse; Zucht und Anſtand aber für Blödsinn

aestiment. Ergo animus ferox, prava via ingressus, ubi consueta non suppetunt, fertur accensus in socios modo, modo in cives: movet composita, et res novas veteribus acquirit.

Quare tollendus foenerator in posterum, uti suas quisque res curemus. Ea vera atque simplex via est, magistratum populo, non creditori, gerere; et magnitudinem animi in addendo, non demendo reipublicae ostendere.

9 Atque ego scio, quam aspera haec res in principio futura sit, praesertim iis, qui se in victoria licentius liberiusque, quam artius, futuros credebant. quorum si saluti potius, quam lubidini consules; illosque nosque et socios in pace firma constitues: sin eadem studia, artesque juventuti erunt: nae ista egregia tua fama simul cum urbe Roma brevi concidet.

Postremo sapientes pacis causa bellum gerunt, laborem spe otii sustentant.

Nisi illam firmam efficis, vinci, an vicisse, quid retulit?

Quare capesse, per deos, rempublicam et omnia aspera, uti soles, pervade. Namque aut

achten, ſo müſſen dieſe Wüſtlinge auf ihrer verkehrten Bahne bei dem Mangel ihrer gewöhnten Bedürfniſſe itzt über Verbündete, itzt über Bürger mit unbändiger Wuth herfallen, die Ruhe ſtören, und aus alten Unruhen neue erregen. Man räume alſo künftig den Wucher auf die Seite, damit jeder ſein eigen Gut beſorge. Dahin führet der wahre, einfache Weg, wenn man Staatswürden nicht mehr für Gläubiger, ſondern für das Volk begleitet, und Seelengröſse nicht in Entkräftung, ſondern in Beſtärkung des Staats zeigt.

Ich weis zwar, wie hart dieſes Unternehmen 9
im Anfange ſeyn werde; vorzüglich in Hinsicht derjenigen, die sich vom Siege vielmehr ein freies und zügelloſes, als beſchränktes Leben verſprachen. Wenn du mehr auf ihr wahres Glück, als ihre Leidenſchaft siehſt, ſo wirſt du für sie, für uns, und die Verbündete feſten Frieden gründen: wenn aber die Jugend ihre alten Neigungen und Unordnungen beibehält, dann muſs dein herrlicher Ruhm, dann die Stadt Rom ohne Rettung zugleich und bald sinken. Weiſe kriegen endlich nur des Friedens wegen: aus Hoffnung der Ruhe beſtehen sie jede Beſchwerde. Sicherſt du alſo den Frieden nicht, was lag daran, Sieger oder Besiegter zu ſeyn?

Nimm alſo, bei den Göttern! den Staat in deinen Schutz! überſteige, nach deiner Gewohnheit,

tu mederi potes; aut omittenda est cura omnibus.

Neque quisquam te ad crudelis poenas, aut acerba judicia, invocat, quibus civitas vastatur magis, quam corrigitur; sed uti pravas artes, malasque lubidines, ab juventute prohibeas.

10 Ea vera clementia erit, consuluisse, ne immerito cives patria expellerentur; retinuisse ab stultitia et falsis voluptatibus; pacem, concordiam stabilivisse: non, si, flagitiis obsecutus, delicta perpessus, praesens gaudium cum mox futuro malo concesseris.

Ac mihi animus, quibus rebus alii timent, maxume fretus est, negotii magnitudine et quia tibi terrae et maria simul omnia componenda sunt. quippe res parvas tantum ingenium attingere nequit: magnae curae magna merces est.

Igitur provideas oportet, uti plebes, largitionibus, et publico frumento, corrupta, habeat negotia sua, quibus ab malo publico detineatur:

jedes Hindernifs; denn entweder nur du kannst die Gebrechen heilen; oder alle müssen die Hoffnung aufgeben. Doch ruft dich Niemand zum grausamen Strafamte auf, Niemand zu blutigen Gerichten, die den Staat mehr verheeren, als bessern; sondern nur dazu, dafs du den Unordnungen und schändlichen Ausschweifungen der Jugend ein Ziel setzest.

Deine Gnade zeige sich durch die weise Vor- 10
kehrung, dafs nie unschuldige Bürger aus dem Vaterlande verbannet werden, dafs du Thorheit und verführerische Wollust beschränkest, und Frieden und Eintracht gründest. Allein diesen Zweck erreichst du nicht, wenn du Schandthaten nachsiehst, Verbrechen duldest, und eine augenblickliche Freude mit dem bald einbrechenden Unglücke vertauschest. Was andere zaghaft macht, beseelt mich mit Muthe. Mich ermuntert die Wichtigkeit des Unternehmens, und der Gedanke, dafs du zugleich alle Länder und Meere beglücken sollst. Deine erhabene Seele sinket zu keinem geringen Geschäfte nieder: grofse Arbeit krönet grofser Lohn.

Sieh also vor, dafs das Volk, welches bisher Bestechungen und Getreidspenden verdarben, an seine Berufsarbeiten hingezwungen, und dadurch von öffentlichen Meutereien abgehalten werde: sieh dahin, dafs junge Männer nicht Verschwen-

juventus probitati, et industriae, non sumptibus, neque divitiis, studeat. Id ita eveniet, si pecuniae, quae maxuma omnium pernicies est, usum atque decus demseris.

11 Nam saepe ego cum animo meo reputans, quibus quisque rebus clari viri magnitudinem invenissent; quae res populos nationesve magnis auctoribus auxissent; ac deinde quibus caussis amplissima regna, et imperia, corruissent: eadem semper bona, atque mala reperiebam, omnesque victores divitias contemsisse, et victos cupivisse.

Neque aliter quisquam extollere sese, et divina mortalis attingere potest, nisi, omissis pecuniae et corporis gaudiis, animo indulgens, non assentando, neque concupita praebendo, perversam gratiam gratificans; sed in labore, patientia, bonisque praeceptis, et factis fortibus exercitando. Nam domum, aut villam exstruere, eumque signis, aulaeis, aliisque operibus exornare, et omnia potius, quam semet, visendum efficere; id est non divitias decori habere, sed ipsum illis flagitio esse.

12 Porro ii, quibus bis die ventrem onerare, nullam noctem sine scorto quiescere mos est; ubi animum, quem dominari decebat, servitio op-

dung und Reichthümer, sondern Tugend und Thätigkeit hochachten. Dieses wird geschehen, wenn du dem allverderbenden Gelde seinen Missbrauch und Schimmer nimmst.

11 Ich überdachte oft mit reifer Ueberlegung die Ursachen, wodurch die berühmtesten Männer ihre Grösse fanden; was Völker und Nationen, unter erlauchten Vorständen, vergrösserte; was entgegen die ansehnlichsten Reiche und Staaten stürzte. Ich fand überall das nämliche Gute und Böse. Alle Sieger verachteten den Reichthum: alle Besiegte wünschten ihn. Niemand kann sich erheben; kein Sterblicher sich zum Göttlichen aufschwingen, als wer der Geldsucht und den Körperfreuden aufkündet, und nur dem Geiste lebet; als wer nicht heuchelt, nicht besticht, noch um niederträchtige Gnade bettelt, sondern wer arbeitet, duldet, und sich durch edle Grundsätze und heldenmüthige Thaten empfiehlt. Sich Häuser und Landgüter bauen, seine Wohnung mit Statuen, Teppichen, und andern Kunstwerken ausschmücken, alles, nur sich selbst nicht zur Schaue ausstellen; das nenne ich nicht Reichthümer zur Ehre besitzen; sondern selbe durch den Besitz schänden.

12 Wenn Wüstlinge, die zweimal des Tages ihren Wanst füllen, und keine Nacht ohne Dirne hinbringen, ihren zum Herrschen bestimmten Geist

pressere, nequaquam eo postea hebeti atque claudo, pro exercito uti volunt. Nam imprudentia pleraque et se praecipitant.

Verum haec et omnia mala pariter cum honore pecuniae desinent, si neque magistratus, neque alia vulgo cupienda venalia erunt.

Ad hoc providendum est, quonam modo Italia, atque provinciae tutiores sint: id quod factu haud obscurum est. Nam iidem omnia vastant, suas deserendo domos, et per injuriam alienas occupando.

Item ne, ut adhuc, militia injusta aut inaequalis sit: cum alii triginta, pars nullum stipendium faciet: et frumentum id, quod antea praemium ignaviae fuit, per municipia et colonias illis dare conveniet, cum stipendiis emeritis domos reverterint.

13 Quae reipublicae necessaria, tibique gloriosa ratus sum, quam paucissimis absolvi. Non pejus videtur, pauca nunc de facto meo disserere.

Plerique mortales ad judicandum satis ingenii habent, aut simulant: verum enim ad reprehendenda aliena facta, aut dicta, ardet omnibus

zur Sklaverei herabwürdigen, ſo ſuchen sie ſpäterhin vergebens ihre abgeſtumpfte, gelähmte Kraft weiter anzuſtrengen: denn ihr betäubter Sinn überwirft ihre meiſten Geſchäfte, und sie ſelbſt. Doch dieſes Gebrechen, und alle andere, nehmen ſamt der Vergötterung des Geldes zugleich ein Ende, wenn man Magiſtratswürden, und alle allgemein wünſchenswerthe Güter nicht mehr feil beut.

Sei auſserdem beſorgt, daſs Italien und die Provinzen gesichert bleiben. Auch dieſes iſt kein tiefes Geheimniſs: denn die erwähnten Leute verheeren alles; sie geben ihre Häuſer preis; und bemächtigen sich ungerecht des fremden Eigenthums. Auch bei dem Kriegerſtande, wo andere dreiſsig Dienſtjahre thun muſsten; andere ganz frei waren, herrſche künftig nicht, wie bisher, Ungleichheit und Ungerechtigkeit. Das Getreid, einſt der Preis der Müſsiggänger, vertheile man durch Reichs- und Pflanzſtädte unter Veteranen, die, nach vollbrachtem Dienſte, nach Hauſe kehren.

Verſchmähe nicht dieſe Skizze über das, was 13
mir für den Staat nothwendig, und für deinen Ruhm vortheilhaft ſchien. Ich glaube, nicht unrecht zu thun, wenn ich dieſen meinen Verſuch rechtfertige. Die meiſten besitzen Scharfsinn genug, über alles zu entſcheiden; oder sie pralen wenigſtens damit. Alle brennen indeſs vor ungeſtümer Begierde, fremde Thaten oder Worte zu be-

animus; vix satis apertum os, aut lingua promta videtur, quae meditata pectore evolvat; quibus me subjectum haud poenitet, magis reticuisse pigeret. Nam sive hac, seu meliore alia via perges; a me quidem pro virili parte dictum et adjutum fuerit.

Reliquum est optare, uti, quae tibi placuerint, ea dii immortales approbent, beneque evenire sinant.

kriteln. Ihr Mund ſcheint ihnen zu enge, ihre Zunge zu lahm, um ihre Herzensgefühle auszuſchütten. Ich erröthe nicht, ihrem Tadel unterworfen zu ſeyn; es ſollte mich mehr reuen, geſchwiegen zu haben. Ich rieth und half dir, ob du dann auf dieſem, oder einem noch beſſern Wege voran ſchreiteſt, mit männlichem Biederſinne. Ich wünſche nur noch, daſs die unſterblichen Götter deine Entſchlüſſe ſegnen, und zur glücklichen Vollführung bringen.

Epistola II.

1 Scio ego, quam difficile, atque asperum factu sit, consilium dare regi, aut imperatori; postremo cuiquam mortali, cujus opes in excelso sunt: quippe cum et illis consultorum copiae adsint; neque de futuro quisquam satis callidus, satisque prudens sit. Quin etiam saepe prava magis, quam bona consilia prospere eveniunt: quia plerasque res fortuna ex lubidine sua agitat.

Sed mihi studium fuit adolescentulo rempublicam capessere: atque in ea agnoscenda multam, magnamque curam habui: non ita, uti magistratum modo caperem, quem multi malis artibus adepti erant; sed etiam, uti rempublicam domi militiaeque, quantumque armis, viris, opulentia posset, cognitam haberem. Itaque mihi multa cum animo agitanti consilium fuit, famam modestiamque meam post tuam dignitatem habere, et cujus rei lubet periculum facere, dum quid tibi ex eo gloriae acciderit. Idque non temere, aut ex fortuna tua decrevi; sed quia in te, praeter ceteras, artem unam egregie mirabilem comperi,

Zweiter Brief.

Einem Könige oder Feldherrn, oder einem andern erhabenen Mächtigen rathen, bleibt, nach meiner Einsicht, immer ein harter, gefährlicher Versuch: denn die Grofsen sind stets von unzähligen Rathgebern umringet; dann überschauet Niemand die Zukunft mit genug geprüften, entscheidenden Blicke; endlich gelingt ein böser Rath oft erwünschter, als ein guter: denn die meisten Vorfälle hängen von der Laune des Glückes ab. Indefs weihte ich mich als junger Mann dem Staate, und seine Lage zu studieren, war meine rastlose Sorge. Ich sehnte mich dabei nicht nach Würden, die manche durch schlechte Wege erschlichen; sondern ich wollte den Staat im Frieden und Kriege, wollte seine Macht an Kriegern, Staatsmännern und Reichthümern genau kennen lernen. Während ich mir solche Kenntnisse sammelte, entschloss ich mich, deiner Würde Ehre und Bescheidenheit zu opfern, und alles zu wagen, um durch mein Bemühen deinen Ruhm zu erhöhen. Dazu bewog mich nicht blinder Trieb, nicht dein Glück, sondern, nebst andern Vorzügen, deine seltene, wun-

semper tibi majorem in adversis, quam in secundis, rebus animum esse. Sed per ceteros mortales illa res clarior est, quod et prius defessi sint homines laudando atque admirando munificentiam tuam, quam tu faciendo, quae gloria digna essent.

2 Equidem mihi decretum est, nihil tam ex alto reperiri posse, quod non cogitanti tibi in promtu sit. Neque ego, quae visa sunt, de republica tibi scripsi, quia mihi consilium atque ingenium meum amplius aequo probaretur: sed inter labores militiae, interque praelia, victorias, imperium, statui admonendum te de negotiis urbanis. Namque tibi si id modo in pectore consilii est, uti te ab inimicorum impetu vindices, quoque modo contra adversum consulem beneficia populi retineas: indigna virtute tua cogites.

Sin in te ille animus est, qui jam a principio nobilitatis factionem disturbavit, plebem Romanam ex gravi servitute in libertatem restituit, in praetura inimicorum arma inermis disjecit; domi militiaeque tanta et tam praeclara facinora fecit, uti me inimici quidem fari quidquam audeant, nisi de magnitudine tua: quin accipe tu ea, quae dicam de summa republica. Quae pro-

derbar erhabene Tugend, die deinen Muth im Unglücke ſchimmernder zeigt, als im Glücke. Doch dein ſchönſter Ruhm iſt; bei den unſterblichen Göttern! gewiſs dieſer, daſs Menſchen eher ermüden, deine Hochherzigkeit zu preiſen und zu bewundern, als du, ruhmvolle Thaten zu thun.

Ich bin überzeugt, daſs nichts ſo tief verbor- 2
gen liege, was dein Scharfblick nicht leicht durchſchaute; auch ſchrieb ich dir meine Gedanken über den Staat nicht aus ſtolzem Zutrauen auf Einsicht und Genie: nur deſswegen fand ich es für gut, dich an die Lage der Stadt zu erinnern, weil dich Kriegesabenteuer, Schlachten, Siege, und deine Führerwürde ferne halten. Wenn dein Herz nur dafür ſchlägt, daſs du dich gegen die Angriffe deiner Feinde deckeſt, und die Liebe des Volkes gegen den böſegeſinnten Konſul ſicherſt, ſo ſcheint mir dieſe Denkart deiner Tugend unwerth: wenn dich aber noch jener erhabene Geiſt beſeelt, wodurch du ſchon im Anfange die Rotte des Adels ſprengteſt, dem Römervolke, nach drückender Sklaverei, die Freiheit wieder gabſt, als wehrloſer Prätor den Feinden die Waffen entwandſt, und im Frieden und Kriege ſo viele herrliche Thaten vollzogſt, daſs ſelbſt deine Gegner über nichts, als deine Gröſse klagen konnten, o! ſo lies meine Gedanken, die ich dir über das Beſte des Staats er-

fecto aut tu vera invenies, aut certe haud procul a vero.

3 Sed quoniam Cn. Pompejus aut animi pravitate, aut quia nihil maluit, quam quod sibi obesset, ita lapsus est, ut hostibus tela in manus jaceret: quibus ille rebus rempublicam conturbavit, eisdem tibi restituendum est.

Primum omnium summam potestatem moderandi de vectigalibus, sumtibus, judiciis, senatoribus paucis tradidit; plebem Romanam, cujus antea summa potestas erat, nosque his quidem legibus in servitute reliquit. Judicia tametsi, sicut antea, tribus ordinibus tradita sunt; tamen iidem illi factiosi regunt, dant, adimunt, quae lubet: innocentes circumveniunt; suos ad honorem extollunt.

4 Non facinus, non probrum, aut flagitium obstat, quo minus magistratus capiant: quod commodum est, trahunt, rapiunt: postremo tanquam urbe capta, lubidine ac licentia sua pro legibus utuntur. Ac me quidem mediocris dolor angeret, si virtute partam victoriam, more suo, per servitium exercerent. Sed homines inertissumi, quorum omnis vis virtusque in lingua sita est,

öffnen will. Ich hoffe, du sollst sie wahr, oder wenigstens nicht ganz irrig finden.

Pompejus sank aus verkehrtem Sinne, oder aus absichtlicher Schadenfreude gegen dich so tief, dass er selbst seinen Feinden die Waffen in die Hände gab. Nun musst du durch die nämlichen Entwürfe, wodurch jener den Staat zerrüttete, selben wieder herstellen. Er vertraute die höchste Gewalt über Staatseinkünfte, Ausgaben, Gerichte anfangs nur wenigen Senatoren: das Römervolk, das vorhin die höchste Herrschaft besass, versenkte er durch widersprechende Gesetze in Sklaverei: ob gleich die Gerichtsbarkeit, wie vorher, dreien Ständen übergeben waren, herrschen doch immer die nämlichen Partheien; sie geben oder nehmen, was ihnen beliebt; sie hintergehen rechtschaffene Bürger, und erheben ihre Günstlinge zu Würden. 3

Kein Laster, keine Schandthat, kein Verbrechen entfernet sie vom Besitze der ersten Würden. Sie rauben, plündern nach Herzenslust: ihre Leidenschaft, ihre Zügellosigkeit gilt ihnen, wie in einer eroberten Stadt, als Gesetz. Misshandelten sie uns, als tapfere Sieger, nach ihrer Sitte, wie Sklaven, so würde mich dieser Schmerz nicht so tief kränken: aber so missbrauchen die feigsten Menschen, deren ganze Kraft und Heldenmuth in 4

forte, atque alterius socordia dominationem oblatam insolentes agitant. Nam, quae seditio ac dissensio civilis tot umquam illustres familias ab stirpe evertit? aut quorum umquam victoria animus tam praeceps tamque immoderatus fuit?

L. Sulla, cui omnia in victoria lege belli licuerunt, tametsi supplicio hostium partes suas muniri intelligebat: tamen, paucis interfectis, ceteros beneficio, quam metu, retinere maluit.

At hercule nunc cum Catone, L. Domitio, ceterisque ejusdem factionis, quadraginta senatores, multi praeterea cum spe bona adolescentes, sicuti hostiae, mactati sunt: cum interea importunissuma genera hominum tot miserorum civium sanguine satiari nequivere: non orbi liberi, non parentes exacta aetate, non gemitus virorum, non luctus mulierum immanem eorum animum inflexit: quin, acerbius in dies malefaciendo, ac dicundo, dignitate alios, alios civitate eversum irent.

5 Nam, quid ego de te dicam, cujus contnmeliam homines ignavissumi vita sua commutare volunt? scilicet neque illis tantae voluptati est (tametsi insperantibus accidit) dominatio, quanto

Worten beſteht, eine Herrſchaft, die ihnen das Ungefähr, oder fremde Feigheit darboth, mit unbändigem Stolze. Welch ein Aufruhr, welche Bürgerfehde ſtürzte jemals ſo viele erlauchte Familien vom Grunde aus? Wann zeigte ſich der Sieg ſo toll, ſo zügellos?

Dem Lucius Sulla war, gemäſs dem Kriegsrechte, nach dem Siege alles erlaubt: er ſah, daſs er durch den Mord ſeiner Feinde ſeine Parthei verſtärken könnte: doch richtete er nur Wenige hin; die übrigen wollte er lieber durch Wohlthun, als das Schreckensſyſtem treu erhalten. Aber, o Himmel! nun ſchlachtete man auſser Karbo, Lucius-Domitius und den übrigen Anhängern der nämlichen Parthei noch vierzig Senatoren, überdieſs noch viele junge, hoffnungsvolle Männer. Doch ſelbſt am Blute ſo vieler, erbarmungwürdiger Bürger konnte sich dieſe verworfene Menſchenbrut noch nicht ſättigen. Ihr Tigerherz rührten nicht verwaiſte Kinder; nicht betagte Aeltern; nicht der Jammer der Gatten; nicht das Geächze der Weiber; ſie wütheten jeden Tag mit Wort und Werk noch grauſamer, und ſtieſsen andere aus ihrem Poſten; andere aus dem Vaterlande.

Und was ſoll ich von deiner eigenen Perſon 5
ſagen? Dieſe feigen Unmenſchen erkauften deinen Sturz gerne mit dem Preiſe ihres Lebens. In der That! die Herrſchaft, die ihnen wider Vermuthen

moerori tua dignitas: qui optatius habent, ex tua calamitate periculum libertatis facere, quam per te populi Romani imperium maxumum ex magno fieri.

Quo magis tibi etiam atque etiam animo prospiciendum est, quonam modo rem stabilias communiasque. Mihi quidem quae mens suppetit, eloqui non dubitabo. Ceterum tui erit ingenii probare, quae vera atque utilia factu putes.

7 In duas partes ego civitatem divisam arbitror, sicut a majoribus accepi, in patres, et plebem. Antea in patribus summa auctoritas erat, vis multo maxuma in plebe. Itaque saepius in civitate secessio fuit: semperque nobilitatis opes deminutae sunt, et jus populi amplificatum.

Sed plebes eo libere agitabat; quia nullius potentia super leges erat; neque divitiis, aut superbia, sed bona fama, factisque fortibus nobilis ignobilem anteibat: humillimus quisque in armis, aut militia, nullius honestae rei egens, satis sibi, satisque patriae erat.

Sed ubi eos paullatim expulsos agris, inertia atque inopia incertas domos habere subegit: coe-

zufiel, macht ihnen nicht ſo viele Freude, als ihnen deine Erhabenheit Gram verurſachet. Sie finden es wünſchenswerther, bei deinem Untergange die Freiheit auf das Spiel zu ſetzen, als zu ſehen, daſs die hohe Herrſchaft Roms durch dich die höchſte Stufe erreiche. Du muſst alſo um ſo thätiger alles überdenken, wodurch du den Staat gründen und befeſtigen kannſt. Ich will dir darüber meine Herzensgedanken freimüthig eröffnen: deine Weisheit mag entſcheiden, was dir nützlich, oder thunlich ſcheint.

Der Staat theilt sich, wie ich von den Vätern 7
hörte, in zwei Partheien: in Väter und Volk. Die Väter beſaſsen im Anfange das höchſte Anſehen, das Volk die höchſte Macht. Dieſe Verfaſſung erregte im Staate oft Zwieſpalt. Die Macht des Adels ward immer geſchwächt; das Recht des Volkes immer verſtärkt. Indeſs genoſs das Volk nur darum ſolche Freiheit, weil keines Edlings Macht über Geſetze geboth, und der Adeliche dem gemeinen Manne nicht durch Reichthümer und Stolz, ſondern durch guten Ruf und edle Thaten vorgieng. Der geringſte Bürger fand auf dem Lande oder im Kriege ſeine anſtändigen Bedürfniſſe befriedigt, und genügte ſo sich und dem Vaterlande: aber ſo bald sie aus ihren ländlichen Besitzungen vertrieben wurden, ſo bald sie Armuth und Müſſiggang von sicherer Behauſung ausſchloſs, be-

pere alienas opes petere, libertatem suam cum republica venalem habere. Ita paullatim populus, qui dominus erat, et cunctis gentibus imperitabat, dilapsus est: et pro communi imperio, privatim sibi quisque servitutem peperit.

7 Haec igitur multitudo primum malis moribus imbuta, deinde in artes, vitasque varias dispalata, nullo modo inter se congruens, parum mihi quidem idonea videtur ad capessendam rempublicam. Ceterum, additis novis civibus, magna me spes tenet, fore, ut omnes expergiscantur ad libertatem: quippe cum illis libertatis retinendae, tum his servitutis amittendae cura orietur.

Hos, ego censeo, permixtos cum veteribus novos, in coloniis constituas: ita et res militaris opulentior erit, et plebes bonis negotiis impedita malum publicum facere desinet.

8 Sed non inscius, neqae imprudens sum cum ea res agetur, quae saevitia, quaeque tempestates hominum nobilium futurae sint, cum indignabuntur, omnia funditus misceri, antiquis civibus hanc servitutem imponi, regnum denique ex libera civitate futurum, ubi unius munere multitudo ingens in civitatem pervenerit. Equidem

gannen sie nach fremden Vermögen zu trachten, und Freiheit und Vaterland feil zu geben. So sank das Herrschervolk, das einst allen Völkern geboth, allmählig herab, und jeder erwarb sich, statt allgemeiner Herrschaft, den Sklavenstand.

Dieser Haufe, den böse Sitten ansteckten, den 7
verschiedene Zünfte und Lebensplane schieden; der sich auf keine Weise verbrüdern kann, scheint mir zur Gründung des Staats wenig geschickt. Schafft man aber neue Bürger, so belebt mich noch immer grosse Hoffnung, dass alle zur Freiheit aufwachen werden: denn jene eifern dann, die Freiheit zu erhalten, und diese, das Sklavenjoch abzuschütteln. Nach meinem Rathe sollst du diese neuen Bürger mit den alten vermischen, und in Pflanzstädte vertheilen. So wird die Kriegesmacht verstärkt; und das Volk, auf edle Geschäfte hingehalten, höret endlich auf, den Staat zu beunruhigen.

Ich bin nicht so unwissend und blöde, dass ich 8
die Wuth und Stürme der Edlinge bei solcher Umwälzung nicht vorhersähe. Sie werden voll Erbitterung klagen, dass man alles vom Grunde aus zerrütte; dass man so alten Bürgern Knechtschaft auflade; dass endlich der Freistaat Königthum werde, wenn so viele durch das Geschenk eines Einzigen das Bürgerrecht erhielten. Ich war stets

ego sic apud animum meum statuo: malum facinus in se committere, qui incommodo reipublicae gratiam sibi conciliet; ubi bonum publicum etiam privatim usui est: id vero dubitare adgredi, socordiae atque ignaviae duco.

9 M. Livio Druso semper consilium fuit, in tribunatu summa ope niti pro nobilitate: neque ullam rem in principio agere intendit, nisi illi auctores fierent. Sed homines factiosi, quibus dolus, atque malitia, fide cariora erant, ubi intellexerunt, per unum hominem maxumum beneficium multis mortalibus dari: videlicet et sibi quisque conscius, malo atque infido animo esse, de M. Livio Druso juxta, ac de se, existumaverunt. Itaque metu, ne per tantam gratiam solus rerum potiretur, contra eum nisi, sua et ipsius consilia disturbaverunt.

Quo tibi, Imperator, majore cura fideque amici, et multa praesidia paranda sunt. Hostem adversum opprimere, strenuo homini haud difficile est: occulta pericula neque facere, neque vitare bonis in promtu est.

10 Igitur, ubi eos in civitatem adduxeris; quoniam quidem revocata plebes erit, in ea re maxume animum exercitato, uti colantur boni mo-

ſo gesinnet, daſs derjenige, der sich zum Schaden des Staats Volksgunſt erwirbt, gegen sich ſelbſt ein Verbrechen begehe: wer aber das gemeine Beſte mit ſeinem perſönlichen Vortheile verbindet, und dieſen Verſuch nicht muthig durchſetzet, feig und niedrig handle.

Markus - Livius - Druſus hatte, als Tribun, 9
ſtets den Plan, für den Adel mit aller Anſtrengung zu kämpfen; ohne Einwirkung der Edlinge wollte er anfangs nichts thun. Doch dieſen Rottenführern war Tücke und Bosheit werther, als Treue. So bald sie ſahen, daſs ein einziger Mann Tauſenden die gröſste Wohlthat zutheilte, und jeder sich eines böſen, unredlichen Herzens bewuſst war, ſo dachten sie von Druſus, wie von sich ſelbſt. Sie fürchteten, er möchte bei ſolch einer Volksliebe Alleinherrſcher werden; ſtemmten sich daher entgegen, und vereitelten ſeine, für ihr Beſtes gemachten Entwürfe. Aus der Urſache muſst du dir, Feldherr, mit deſto gröſserer Sorge und Sicherheit Freunde und mächtige Gehilfen ſuchen. Ein Held unterdrückt leicht einen offenen Gegner; geheime Schlingen weder legen, noch ſcheuen, liegt im Charakter des rechtſchaffenen Mannes.

Wenn du nun dieſe Bürger in den Staat auf- 10
genommen, und das Volk ſo wieder verjünget haſt, wache dann vor allem, daſs gute Sitten wieder

res; concordia inter veteres et novos coalescat. Sed multo maxumum bonum patriae, civibus, tibi, liberis, postremo humanae genti pepereris, si studium pecuniae aut sustuleris, aut, quod res feret, minueris.

Aliter, neque privata res, neque publica, neque domi, neque militiae, regi potest.

Nam ubi cupido divitiarum invasit; neque disciplina, neque artes bonae, neque ingenium ullum satis pollet: quin animus magis, aut minus mature, postremo tamen succumbit.

11 Saepe jam audivi, qui reges, quae civitates, et nationes, per opulentiam magna imperia amiserint, quae per virtutem inopes ceperant: id adeo haud mirandum est.

Nam ubi bonus deteriorem divitiis magis clarum, magisque acceptum videt, primo aestuat, multaque in pectore volvit: sed ubi gloria honorem magis in dies, virtutem opulentia vincit; animus ad voluptatem a vero deficit.

Quippe gloria industria alitur; ubi eam demseris, ipsa per se virtus amara atque aspera est. Postremo ubi divitiae clarae habentur, ibi omnia bona vilia sunt, fides, probitas, pudor, pu-

blühen, und Eintracht die alten und neuen Bürger verbrüdern. Aber die ſchönſte Wohlthat wirſt du dem Vaterlande, den Mitbürgern, dir ſelbſt, den Enkeln, und dem ganzen Menſchengeſchlechte dadurch erweiſen, wenn du die Sucht nach Geld tilgeſt, oder wenigſtens, nach Lage der Dinge, verringerſt. Ohne dieſen Schritt kann öffentliches, oder perſönliches Glück, weder im Frieden, noch Kriege gedeihen. Wo Geitz nach Reichthum um ſich greift, kann weder Zucht, noch ſchöne Künſte, noch ein Talent gehörig wirken: denn der Geiſt muſs ſo, frühe oder ſpäte, doch am Ende gewiſs unterliegen.

Ich hörte ſchon oft, wie Könige, wie Staaten 11
und Nationen ihre mächtigen Reiche, die sie, arm, durch Tapferkeit gegründet hatten, durch Reichthümer wieder verloren: und ich finde das nicht wunderbar. Denn ſo bald der Rechtſchaffene sieht, daſs der Taugenichts bei ſeinem Golde mehr geehrt und geachtet werde, ſo muſs er erſt aus der Faſſung kommen, und dann einer neuen Denkart nachhängen. Wenn aber eitler Prunk über ächte Ehre; und Vermögen über Verdienſt siegt, dann fällt der Geiſt von der Wahrheit zur Sinnlichkeit ab. Ruhm iſt die Nahrung der Thätigkeit: ohne ihn ſcheint ſelbſt die Tugend traurig, und hart. Kurz, wo Reichthum in Achtung ſteht, da verliert jede ſchöne That: und Treue, Biedersinn, Zucht, und Un-

dicitia. Nam ad virtutem una et ardua via est: ad pecuniam, qua cuique lubet, nititur: et malis et bonis rebus ea creatur.

12 Ergo in primis auctoritatem pecuniae demito: neque de capite, neque de honore ex copiis quisquam magis aut minus judicaverit; si neque praetor, neque consul ex opulentia, verum ex dignitate creetur. Sed de magistratu facile populi judicium fit.

Judices a paucis probari, regnum est; ex pecunia legi, inhonestum. Quare omnes primae classis judicare placet, sed numero plures, quam judicant. Neque Rhodios, neque alias civitates umquam suorum judiciorum poenituit: ubi promiscue dives, et pauper, ut cuique sors tulit, de maxumis rebus juxta, ac de minumis disceptat.

Sed de magistratibus creandis haud mihi quidem absurde placet lex, quam C. Gracchus in tribunatu promulgaverat; ut ex confusis quinque classibus sorti centuriae vocarentur.

Ita coaequati dignitate, pecunia, virtute anteire alius alium properabit.

ſchuld bleiben leere Namen. Zur Tugend führet nur ein einziger, ſteiler Weg; dem Gelde eilt man auf verſchiedener Bahn nach Willkühr zu, und erringt es durch ſchlechte, wie gute Mittel.

Nimm alſo vor allem dem Gelde ſein Anſehen. 12
Wenn Prätorn und Konſuln nicht mehr nach Vermögen, ſondern nach Verdienſt gewählt werden, dann ſchätzet niemand das Leben oder die Ehre eines Mannes im Verhältniſſe der Reichthümer mehr oder minder. Das Volk wird leicht über die Wahl der Magiſtratsperſonen entſcheiden. Richter von Wenigen ernennen laſſen, iſt Königthum; ſie nach Geld wählen, Ehrlosigkeit. Alle Mitglieder des erſten Standes ſollen, nach meiner Meinung, Richter ſeyn: aber dabei muſs ihre Anzahl vermehrt werden. Weder die Rhodier, noch andere Freiſtaaten bereuten je ihre Gerichtsform, wo Reiche und Arme, ohne Unterſchied, nach beſtimmtem Looſe, über wichtige und geringe Gegenſtände entſcheiden. Mir gefällt über die Wahl der Magiſtratsperſonen das Geſetz, daſs Kajus - Gracchus als Tribun verfaſste, wodurch aus den fünf untereinander gemengten Klaſſen die Centurien nach dem Looſe gerufen werden ſollten. So sind alle an Würde und Vermögen gleich; und jeder wird nur eifern, dem andern durch Verdienſt vorzueilen.

13 Nec ego magna remedia contra divitias statuo. Nam perinde omnes res laudantur, atque appetuntur, ut earum rerum usus est: malitia praemiis exercetur. Ubi ea demseris, nemo omnium gratuito malus est. Ceterum avaritia, bellua fera, immanis, intoleranda est: quo intendit, oppida, agros, fana atque domos, vastat: divina cum humanis permiscet: neque exercitus, neque moenia obstant, quo minus vi sua penetret; fama, pudicitia, liberis, patria, atque parentibus cunctos mortales spoliat.

Verum, si pecuniae decus ademeris, magna illa vis avaritiae facile bonis moribus vincetur.

14 Atque haec ita sese habere, tametsi omnes aequi atque iniqui memorent: tamen tibi cum factione nobilitatis haud mediocriter certandum est; cujus si dolum caveris, alia omnia in proclivi erunt. Nam hi, si virtute satis valerent, magis aemuli bonorum, quam invidi, essent.

Quia desidia, et inertia, et stupor eos, atque torpedo, invasit; strepunt, obtrectant, alienam famam bonam suum dedecus aestumant.

Sed quid ego plura, quasi de ignotis memorem? M. Bibuli fortitudo, atque animi vis, in

Diese mächtigen Hilfsmittel stelle ich dem Geldgeitze entgegen: man lobt und wünschet jedes Gut nach seinem Werthe. Nur Eigennutz führt zur Sünde. Niemand wird, ohne Bestechung, umsonst ein Schurke. Habsucht ist ein wildes, grausames, unerträgliches Unthier: wo sie eindringt, verheeret sie Städte, Land, Tempel und Häuser; zerrüttet sie göttliche und menschliche Rechte; ihre Macht durchbricht Heere und Mauern, und plündert alle Sterbliche um Ehre, Unschuld, Kinder, Vaterland und Aeltern. Nimmst du aber dem Gelde seinen Schimmer, dann wird jener grosse Einfluss des Geitzes leicht durch gute Sitten besiegt werden. 13

Ob gleich alle Gut- und Bösgesinnte so denken, wirst du doch mit der Rotte des Adels einen harten Kampf bestehen müssen. Alles übrige ist leicht gethan, wenn du nur der Tücke der Edlinge ausweichest. Vertrauten diese ihrer Tugend so sicher, so würden sie nicht Rechtschaffene beneiden, sondern ihnen nacheifern. Aber weil sie Müssiggang, Trägheit, Blödsinn und Betäubung lähmt, so lärmen und lästern sie nur, und sehen den Ruhm eines andern für ihre Entehrung an. 14

Doch was rede ich noch lange, wie von einer unbekannten Geschichte? Drang Markus Bibulus wegen seinem Heldenmuthe, wegen seiner Geistes-

consulatum erupit: hebes lingua, magis malus, quam callidus ingenio. Quid ille audeat, cui consulatus, maxumum imperium, maxumo dedecori fuit?

An L. Domitii magna vis est, cujus nullum membrum a flagitio aut facinore vacat? lingua vana, manus cruentae, pedes fugaces; quae honeste nominari nequeant, inhonestissuma.

15 Unius tamen M. Catonis ingenium versutum, loquax, callidum haud contemno. Parantur haec disciplina Graecorum. Sed virtus, vigilantia, labos, apud Graecos nulla sunt.

Quippe, cum domi libertatem suam per inertiam amiserint; censesne eorum praeceptis imperium haberi posse?

Reliqui de factione sunt inertissumi nobiles: in quibus, sicut in statua, praeter nomen, nihil est additamenti. L. Postumius, et M. Favonius, mihi videntur quasi magnae navis supervacua onera esse, ubi salvi pervenere, usui sunt; si quid adversi coortum est, de illis potissumum jactura fit, quia pretii minumi sunt.

kraft zum Konſulate vor? Dieſer ſtumpfe Redner, was ſoll er bei ſeinem mehr bösartigen, als ſchlauen Genie noch weiter wagen, da ihm die höchſte Würde des Konſulats zur tiefſten Schande gereichte.

Oder iſt Lucius Domitius ſolch ein Kraftmann? Schandthaten und Bubenſtücke brandmarken jedes ſeiner Glieder; ſeine Zunge lügt, ſeine Hände triefen vom Blute; ſeine Füſse entehret Flucht; und jeder Greul deckt, was Anſtand zu nennen verbeuth.

Doch nehme ich Kato, den liſtgewandten, red- 15
ſeligen, ſchlauen Mann aus. Freilich ſchaffet nur die Schule der Griechen dieſe Vorzüge: aber Heldenmuth, Wachen, Thatenſtrebſamkeit kennen die Griechen nicht. Oder glaubſt du, daſs die Philoſophie derjenigen, welche die Freiheit ihres Vaterlandes durch Feigheit hingaben, ein Reich gründen könne?

Die übrigen Partheigänger sind adeliche Memmen, die, gleich einer Statue, nichts, als den Namen haben. Lucius-Poſtumius, und Markus Favonius ſcheinen mir dem Ballaſte eines Laſtſchiffes ähnlich: man braucht sie bei glücklicher Landung, und wirft sie bei einem Sturme, als die unnützeſte Waare, zuerſt über Bord.

16 Quoniam nunc, uti mihi videor, de plebe renovanda corrigendaque disserui: de senatu, quae tibi agenda videntur, dicam.

Postquam mihi aetas ingeniumque adolevit, haud ferme armis atque equis corpus exercui, sed animum in litteris agitavi, quod natura firmius erat, id in laboribus habui.

Atque ego in ea vita, multa legendo atque audiendo, ita comperii, omnia regna, item civitates, nationes usque eo prosperum imperium habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt: ubicumque gratia, timor, voluptas ea corrupere; post paullo imminutae opes, deinde ademtum imperium, postremo servitus imposita est

17 Equidem ego sic apud animum meum statuo: cuicumque in sua civitate amplior illustriorque locus, quam aliis est, ei magnam curam esse reipublicae. Nam ceteris, salva urbe, tantummodo libertas tuta est: qui per virtutem sibi divitias, decus, honorem, pepererunt, ubi paullum inclinata respublica agitari coepit, multipliciter animus curis, atque laboribus fatigatur, aut gloriam, aut libertatem, aut rem familiarem, defensat: omnibus locis adest, festinat:

Ich glaube von der Verjüngung und Besserung 16
des Volkes genug gesagt zu haben. Nun will ich dir auch meine Gesinnung über die Herstellung des Senats entdecken.

Ich übte, so bald ich an Alter und Geist heranreifte, meinen Körper nicht mit Waffen und Rossen: sondern bildete den Geist durch Litteratur. Was mir die Natur, als bessere Gabe, verlieh, legte ich auf Arbeit an. Als ich bei diesem Lebensplane viel las und hörte, fand ich, dass alle Reiche, Staaten und Nationen so lange eine glückliche Herrschaft behaupteten, als weise Räthe in ihrer Mitte wirkten: wo aber diese durch Partheihuld, Furcht oder Wollust ausarteten, da ward die Macht bald geschwächt; dann entschwand die Herrschaft, und endlich drückte sie Sklaverei.

Mir gilt der feste Grundsatz, dass jeder, der 17
im Staate einen höhern, ansehnlichern Posten, als andere begleitet, auch für das gemeine Beste grössere Sorge tragen müsse. Die übrigen Bürger finden bei der Aufnahme der Stadt nur ihre Freiheit gesichert. Wer aber durch Verdienst sich Reichthümer, Ruhm und Ehre erwirbt, wird bei jeder kleinen Umwälzung des Staats von Sorgen und mühevollen Kummer geängstet. Er muss Ruhm, oder Freiheit, oder häusliches Glück vertheidigen; muss überall zugegen seyn, und rüstig handeln.

quanto in secundis rebus florentior fuit, tanto in adversis asperius magisque anxie agitat.

Igitur ubi plebes senatui, sicuti corpus animo, obedit, ejusque consulta exsequitur: patres consilio valere decet, populo supervacanea est calliditas.

18 Itaque majores nostri, cum bellis asperrumis premerentur, equis, viris, pecunia amissa, nunquam defessi sunt armati de imperio certare.

Non inopia aerarii, non vis hostium, non adversa res, ingentem eorum animum subegit, quin, quae virtute ceperant, simul cum anima retinerent. Atque ea magis fortibus consiliis, quam bonis praeliis, patrata sunt.

Quippe apud illos una respublica erat, ei consulebant; factio contra hostes parabatur: corpus atque ingenium, patriae, non suae quisque potentiae, exercitabat.

At hoc tempore contra ea homines nobiles, quorum animos socordia atque ignavia invasit, ignari laboris, hostium, militiae, domi factione instructi, per superbiam cunctis gentibus moderantur. Itaque patres, quorum consilio antea dubia respublica stabiliebatur, oppressi, ex alie-

Je blühender ſein Loos bei günſtiger Lage iſt, deſto härter und miſslicher wird ſein Kampf bei widrigen Vorfällen ſeyn. Wo das Volk dem Senate, wie der Körper dem Geiſte gehorcht, und ſeine Räthe befolgt, müſſen die Väter an Einsicht hervorragen. Dem Pöbel iſt feinere Ausbildung überflüſsig.

Unſere Väter ermüdeten daher bei dem Drucke 18
der ſchwerſten Kriege, nach dem Verluſte von Mann und Roſs und Gelde, niemals, für die Vertheidigung des Reiches mit bewaffneter Hand zu kämpfen. Nicht die erſchöpfte Kaſſe, nicht Feindesmacht, nicht Unglück beugte ihren Heldensinn: und, was ihre Tapferkeit erobert hatte, behaupteten sie bis in den Tod. Dabei wirkten sie mehr durch heldenmüthige Entſchlüſſe, als glückliche Treffen. Denn sie hatten nur einen Staat: für dieſen wachten alle allein. Nur dem Feinde ſtellten sie Partheien entgegen; und jeder bildete Geiſt und Körper nicht für ſeine eigene Gröſse, ſondern für das Vaterland.

Aber in unſern Tagen herrſchen Edlinge, von Blödsinn und Feigheit betäubt, unkundig des Dienſtes, der Feinde, des Krieges, von heimiſchen Rotten unterſtützet, voll Uebermuth über alle Völker. Die Väter, deren Rath einſt die ſchwankende Republik aufrecht erhielt, laſſen sich unter dem

na libidine huc atque illuc fluctuantes agitantur: interdum alia, deinde alia, decernunt, ut eorum, qui dominantur, simultas, ac arrogantia fert: ita bonum malumque publicum existumant.

19 Quod si aut libertas aequa omnium, aut sententia obscurior esset; majoribus opibus respublica et minus potens nobilitas esset. Sed quoniam coaequari gratiam omnium difficile est; quippe cum illis majorum virtus partam reliquerit gloriam, dignitatem, clientelas: cetera multitudo, pleraque insititia sit, sententias eorum a metu libera: ita occulte sibi quisque alterius potentia carior erit. Libertas juxta bonis, et malis, strenuis, et ignavis, optabilis est.

Verum eam plerique metu deserunt, stultissumi mortales. quod in certamine dubium est, quorsum accidat, id per inertiam in se, quasi victi, recipiunt.

20 Igitur duabus rebus confirmari posse senatum puto: si numero auctus per tabellam sententiam feret.

Tabella obtentui erit, quo magis animo libero facere audeat: in multitudine, et praesidii plus, et usus amplior est. Nam fere, his

Drucke, wie das Spiel fremder Leidenschaft, hie und dorthin verschlagen, verfassen heute diese, morgen jene Gesetze, und berechnen den Nutzen oder Schaden des Staates nach dem Hasse oder Stolze der herrschenden Parthei.

Genössen alle gleiche Freiheit; würden die 19
Stimmen in geheim gesammelt, dann müsste der Staat mächtiger, und der Adel kraftloser seyn. Doch das Ansehen einzelner Bürger läſst sich nicht gleich machen. Ahnenverdienst hinterlieſs jenen Ruhm, Würde, groſsen Anhang zum Erbe; aber das übrige Volk bleibt verkannt. So bald aber die Stimmengebung ohne Furcht geschehen kann, dann wird jeder sein eigenes Bestes höher achten, als fremde Macht. Freiheit liebt der Gut- und Bösgesinnte, der Rechtschaffene und Taugenichts: doch opfern sie die meisten aus Furcht auf. Welch ein Unsinn der Menschen! Ein Unglück, über dessen Erfolg ein Kampf entscheiden könnte, tragen sie lieber, aus Feigheit, als besiegte Knechte.

Der Senat läſst sich also nach meiner Meinung 20
durch zwei Wege bestärken. Man mache ihn vollzähliger; und er gebe seine Stimmen durch Geheimtäfelchen. Die geheime Stimmengebung führet dahin, daſs man es wage, mit freierm Muthe zu handeln, und die gröſsere Zahl gewährt mächtigern Schutz und Vortheil. In unsern stürmischen

tempestatibus, alii judiciis publicis, alii privatis suis atque amicorum negotiis implicati, haud sane reipublicae consiliis adfuerunt: neque eos magis occupatio, quam superba imperia distinuere.. Homines nobiles cum paucis senatoriis, quos additamenta factionis habent, quaecumque libuit probare, reprehendere, decernere, ea, uti libido tulit, facere. Verum ubi, numero senatorum aucto, per tabellam sententiae dicentur; nae illi superbiam suam dimittent, ubi iis obediendum erit, quibus antea crudelissume imperitabant.

21 Forsitan, imperator, perlectis litteris, desideres, quem numerum senatorum fieri placeat; quoque modo in multa et varia officia distribuatur; judicia quoniam primae classis mittenda putem, quae descriptio, qui numerus in quoque genere futurus sit.

Ea mihi omnia generatim describere haud difficile factu fuit: sed prius laborandum visum est de summa consilii, idque tibi probandum verum esse. Si hoc itinere uti decreveris, cetera in promtu erunt.

Volo ego consilium meum prudens, maxumeque usui esse. Nam ubicumque tibi res prospere cedet, ibi mihi bona fama eveniet. Sed me illa

Tagen lieſsen ſich einige durch öffentliche Sachwaltung; andere durch eigene, oder ihrer Freunde Geſchäfte hindern, dem Staatsrathe beizuwohnen: doch entfernten ſie nicht ſo ſehr ihre Geſchäfte, als ſtolze Despoten. Edlinge und wenige Senatoren, der Anhang ihrer Parthei, ſetzen nach Laune alles durch, was ihnen zu genehmigen, zu verwerfen, oder zu gebiethen beliebt. Wenn aber die Zahl der Senatoren vermehrt wird, und die Stimmengebung geheim geſchieht, traun! dann müſſen jene ihren Stolz aufgeben, und endlich jenen gehorchen, die ſie vorher grauſam drückten.

Du wünſcheſt vielleicht, o Feldherr! nach 21
Durchleſung dieſes Briefes, die Zahl der Senatoren, und ihre Eintheilung in ihre vielen, verſchiedenen Amtspflichten beſtimmt zu wiſſen? und weil man die Gerichtsbarkeit der erſten Klaſſe zugeſtand, die künftige Liſte und Zahl der übrigen Stände einzuſehen? Es ſollte mir nicht hart fallen, dieſes alles im Allgemeinen zu entwerfen: doch hielt ich es vorher für gut, das Innere meines Planes zu würdigen, und dir deſſen Wahrheit anſchaulich darzuſtellen. Betritt nur dieſe Bahn, dann wird ſich alles übrige ohne Beſchwerde geben. Ich wünſchte dir einen weiſen, und vorzüglich nützlichen Rath mitzutheilen; denn auch mich wird guter Ruf belohnen, wenn die Sache, wie immer, nützlich ausfällt. Doch der ſchöne

tempestatibus, alii judiciis publicis, alii privatis suis atque amicorum negotiis implicati, haud sane reipublicae consiliis adfuerunt: neque eos magis occupatio, quam superba imperia distinuere.. Homines nobiles cum paucis senatoriis, quos additamenta factionis habent, quaecumque libuit probare, reprehendere, decernere, ea, uti libido tulit, facere. Verum ubi, numero senatorum aucto, per tabellam sententiae dicentur; nae illi superbiam suam dimittent, ubi iis obediendum erit, quibus antea crudelissume imperitabant.

21 Forsitan, imperator, perlectis litteris, desideres, quem numerum senatorum fieri placeat; quoque modo in multa et varia officia distribuatur; judicia quoniam primae classis mittenda putem, quae descriptio, qui numerus in quoque genere futurus sit.

Ea mihi omnia generatim describere haud difficile factu fuit: sed prius laborandum visum est de summa consilii, idque tibi probandum verum esse. Si hoc itinere uti decreveris, cetera in promtu erunt.

Volo ego consilium meum prudens, maxumeque usui esse. Nam ubicumque tibi res prospere cedet, ibi mihi bona fama eveniet. Sed me illa

Tagen lieſsen sich einige durch öffentliche Sachwaltung; andere durch eigene, oder ihrer Freunde Geſchäfte hindern, dem Staatsrathe beizuwohnen: doch entfernten sie nicht ſo ſehr ihre Geſchäfte, als ſtolze Despoten. Edlinge und wenige Senatoren, der Anhang ihrer Parthei, ſetzen nach Laune alles durch, was ihnen zu genehmigen, zu verwerfen, oder zu gebiethen beliebt. Wenn aber die Zahl der Senatoren vermehrt wird, und die Stimmengebung geheim geſchieht, traun! dann müſſen jene ihren Stolz aufgeben, und endlich jenen gehorchen, die sie vorher grauſam drückten.

Du wünſcheſt vielleicht, o Feldherr! nach 21
Durchleſung dieſes Briefes, die Zahl der Senatoren, und ihre Eintheilung in ihre vielen, verſchiedenen Amtspflichten beſtimmt zu wiſſen? und weil man die Gerichtsbarkeit der erſten Klaſſe zugeſtand, die künftige Liſte und Zahl der übrigen Stände einzuſehen? Es ſollte mir nicht hart fallen, dieſes alles im Allgemeinen zu entwerfen: doch hielt ich es vorher für gut, das Innere meines Planes zu würdigen, und dir deſſen Wahrheit anſchaulich darzuſtellen. Betritt nur dieſe Bahn, dann wird sich alles übrige ohne Beſchwerde geben. Ich wünſchte dir einen weiſen, und vorzüglich nützlichen Rath mitzutheilen; denn auch mich wird guter Ruf belohnen, wenn die Sache, wie immer, nützlich ausfällt. Doch der ſchöne

magis cupido exercet, uti quocumque modo, et quamprimum respublica adjuvetur. Libertatem gloria cariorem habeo;

12 Atque ego te oro hortorque, ne clarissumus imperator, Gallica gente subacta, populi Romani summum atque invictum imperium tabescere vetustate, ac per summam discordiam dilabi, patiaris. Profecto, si id accidat, neque tibi nox, neque dies curam animi sedaverit; quin insomniis exercitus, furibundus atque amens alienata mente feraris.

Namque mihi pro vero constat, omnium mortalium vitam divino numine invisi: neque bonum neque malum facinus cujusquam pro nihilo haberi: sed, ex natura, diversa praemia bonos malosque sequi. Interea forte ea tardius procedunt: suus cuique animus ex conscientia spem praebet.

13 Quod si tecum patria atque parentes possent loqui, scilicet haec tibi dicerent:

O Caesar, nos te genuimus fortissumi viri, in optuma urbe', decus praesidiumque nobis, ho-

Gedanke, dem Vaterlande auf alle Weiſe, und recht bald zu helfen, hat noch wünſchenswerthern Reitz für mich. Freiheit iſt mir theurer, als Ruhm;

Ich bitte, ich beſchwöre dich alſo, erſter 22
der Feldherrn! laſſe nach Bezwingung des Gallier-volkes das höchſte, unbeſiegte Reich des Römer-volkes nicht durch Alter erſchlaffen, noch durch unverſöhnliche Zwietracht zerfallen. Wahrlich! ſollte das geſchehen, dann wird gewiſs, weder Tag noch Nacht, deine Herzensangſt ſtillen: Schreckenträume werden dich beunruhigen, und Raſerei und Sinnlosigkeit dich bei betäubten Gewiſſen umher treiben. Ich erkenne es als heilige Wahrheit, daſs die Vorſicht der Gottheit über das Leben aller Sterblichen wallte. Weder eine gute, noch böſe That bleibt ungerichtet, ſondern ſowohl der Böſewicht, als Gerechte, muſs nothwendig ſeinen geeigneten Lohn erhalten. Dieſs geſchieht vielleicht ſpäter: doch das Gewiſſen ſchlieſst jedem die Hoffnung der Zukunft auf.

Wenn das Vaterland, wenn deine Väter mit 23
dir ſprechen konnten, würden ſie wahrlich ſo zu dir reden:

„O Cäſar! wir, wir tapfere Helden erzeugten dich in der erſten Stadt, uns zur Zierde, zum

stibus terrorem! Quae multis laboribus et periculis ceperamus, ea tibi nascenti cum anima simul tradidimus, patriam maxumam in terris; domum familiamque in patria clarissumam; praeterea bonas artes, honestas divitias; postremo omnia honestamenta pacis, et praemia belli.

Pro his amplissumis beneficiis non flagitium a te, neque malum facinus, petimus; sed uti libertatem eversam restituas.

Qua re patrata, profecto per gentes omnes fama virtutis tuae volitabit. Namque hac tempestate, tametsi domi militiaeque praeclara facinora egisti, tamen gloria tua cum multis viris fortibus aequalis est: si vero urbem amplissumo nomine, et maxumo imperio, prope jam ab occasu restitueris; quis te clarior, quis major, in terris fuerit?

Quippe si morbo jam, aut fato huic imperio secus accidat; cui dubium est, quin per orbem terrarum vastitas, bella, caedes oriantur? quod si tibi bona lubido fuerit, patriae, parentibus gratificandi: postero tempore, republica restituta, super omnes mortales gloria agnita, tuaque unius mors vita clarior erit. Nam vivos inter-

Schutze: den Feinden zum Schrecken. Was wir mit rastloser Anstrengung und Gefahr eroberten, vertrauteu wir dir in deiner Geburtstunde zugleich mit dem Leben; das herrlichste Vaterland auf weiter Erde; das erlauchteste Haus und Geschlecht im Vaterlande; dann alle schönen Talente; ehrenvolle Reichthümer; endlich den Schmuck des Friedens, und Preis des Krieges. Für diese ausgezeichneten Wohlthaten erwarten wir von dir keine Schandthat, keine böse Handlung, sondern fodern Wiederherstellung der gestürzten Freiheit. Wenn du diesen Sieg erkämpfest, dann wird der Ruf deiner Tugend alle Völker durchfliegen. Du verrichtetest zwar bis zur Stunde, im Frieden und Kriege, herrliche Thaten; doch theilen noch viele grosse Männer gleichen Ruhm mit dir. Wenn du aber die Stadt, deren Name der erhabenste; deren Reich das gröfste ist, beinahe vom Schutte aufrichtest, dann ist auf weiter Erde niemand berühmter, niemand gröfser, als du. Wenn aber diesem Staate durch Krankheit oder Verhängnifs das Gegentheil widerfährt, wer zweifelt dann noch, dafs Verheerung, Krieg, Mord den Erdenkreis bedecken werde. Wenn dich also der schöne Wunsch beseelt, dem Vaterlande, deinen Vätern zu fröhnen, so wird, nach Wiederherstellung des Staats, dein Ruhm bei der Nachwelt über alle Sterbliche glänzen, und dein Tod allein noch herrlicher, als das Leben scheinen: denn Lebende kränket manchmal

dum fortuna, saepe invidia, fatigat: ubi anima naturae cessit, demtis obtrectationibus, ipsa se virtus magis magisque extollit.

Quae mihi utilia factu visa sunt, quaeque tibi usui fore credidi, quam paucissumis potui, perscripsi. Ceterum deos immortales obtestor, uti, quocumque modo ages, ea res tibi, reique publicae prospere eveniat.

Glückeswechfel, noch öfter Neid. So bald aber das Leben der Natur gezollet hat, dann verftummet Läfterung; und Tugend erhebt sich aus eigener Kraft ftets im hohern Fluge empor."

Ich fchrieb fo in möglichfter Kürze, was mir nützlich zu thun, und dir vortheilhaft auszuführen fchien. Nun bitte ich noch die unfterblichen Götter, dafs sie jede deiner Unternehmungen, wie du immer zu Werke geheft, zu deinem und des Staates Beften glücklich hinausführen.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

12.

Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Sallustius Crispus, Gaius,

Sämmtliche Werke

Bd.: Bd. 2 (1805)

München 1805

A.lat.b. 1620-2
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10246312-0